¶ Sacr̄a ſe h̄n̄t in dignitate vt excedentia ⁊ exceſſa. Nā euchariſtia p̄eminet in eſſe. baptiſmus in effectu Matrimoniū in myſterio. quia ſignat cōiunctionē xp̄i ⁊ eccl̄ie. Confirmatio in dignitate miniſtri. quia nō ꝯfertur niſi ab ep̄is. P̄n̄ia in pctōꝝ remiſſione. ⁊ ſic de ceteris ſacr̄is.

¶ Fiunt fideles plene xp̄iani. vt notaẜ de conſe. di. v. Oēs. ¶ Et diciẜ in textu ꝙ in baptiſmo facti ſumus plene fideles.

¶ Plenitudine ſufficientie. ⁊ in confirmatione plenitudine copie. qđ eſt dicere. ꝙ baptiſmus ſufficit ad hoc vt ſaluemur: ſi ex cōtéptu nō dimittaẜ ꝯfirmatio. hinc eſt ꝙ ſi adultis ſufficit baptiſmꝰ vt ſaluenẜ dū tm̄ nō contēnant ꝯfirmationem. ergo ⁊ pueris: q poſt baptiſmū cum acquiſita innocentia immaculati puenerint ad morté: confirmātur morte: qꝛ iaʒ nō poſſūt peccare poſt morté. Sed victuris vt copioſius augmētentur ⁊ roborenẜ in gr̄a neceſſaria ſunt ꝯfirmationis auxilia. dum tm̄ ꝯfirmatio haberi poſſit ⁊ ex cōtemptu nō dimittatur. qꝛ in baptiſmo regeneramur ad vitā: poſt baptiſmū ꝯfirmamur ad pugnā. in baptiſmo abluimur: poſt baptiſmuʒ roboramur. Et ſic intelligiẜ ſalua eccleſie determinatione: cum dicitur in textu. ¶ Plenitudine copie: Et plenitudine ſufficientie. vt patet de cōſecratione diſtinctiōe. v. c. ſpiritꝰ ſctūs.

¶ Sacramēta ſe h̄n̄t in dignitate vt excedētia ⁊ exceſſa. Pro cuiꝰ textꝰ declaratiōe attēde ꝙ vnū ſacr̄m diciẜ maius alio quīqꝫ modis. Uno mō ꝑpter ſignificationē: ⁊ ſic matrimoniū diciẜ maiꝰ: qꝛ ſignificat vnionē duaꝝ naturaꝝ in xp̄o. Scđo mō ꝑpter ꝯtinentiā: ⁊ ſic euchariſtia diciẜ maius eē: qꝛ ꝯtinet veꝝ corpus xp̄i. Tertio mō ꝑpter efficaciā: ⁊ ſic baptiſmus diciẜ eſſe maiꝰ ſacr̄m. Quarto mō ꝑpter dignitaté miniſtrātiū: ⁊ ſic ꝯfirmatio diciẜ eſſe maiꝰ: qꝛ daẜ a ſūmis ſacerdotibꝰ. Quinto mō ꝑpter hoc qđ poniẜ in nobiliori gradu: ⁊ ſic ordo diciẜ maius ſacr̄m per doctores ſupra. vij. di. iiij.

¶ Nunc ſubnectamꝰ aliqua notabilia ꝑfecto neceſſaria: ⁊ in p̄mis vtrū nō baptizatꝰ ꝯfirmari poſſit: R̄. ꝙ nō. vt patet de p̄ſby. nō bapti. c. veniēs. ¶ Item vtrū nō ꝯfirmatꝰ poſſit ordinari. R̄n̄det guilelmus de mōte laudino: ꝙ licet nō debeat fieri: ſi tm̄ fecerit aliqs illud tale: ꝙ ordīes recipit. et hoc dicit doctor ille in ſuo ſacramētali tractādo de cōfirmatiōe. ¶ Itē quare xp̄s nō fuit vſus hoc ſacr̄o ſicut ſacramento baptiſmi: R̄n̄de ꝙ ratione excellētie non fuit vſus forma ſeu materia. tm̄ tacite inſtituit ꝑ hoc ꝙ dixit ap̄l'ſ. Sup egros manꝰ imponēt marci vltimo. Alia rō pōt eſſe qꝛ ſp̄ūs ſanctꝰ viſibiliter opabaẜ in p̄mitiua eccl̄ia: vt in ſpecie colūbe: in linguis igneis. nūc autē ſecreciꝰ opatur: vt habeẜ. di. vij. iiij. ſniaꝝ. et doctores ibidē. ¶ Itē queri pōt. quare daẜ alapa cōfirmatis. Dic ꝙ fit: vt melius recordenẜ illi qui cōfirmationē ſuſcipiūt ſe uiſſe

ꝯfirmatos. vt patet extra de ſacra. nō iterā. per totū. Percutit̃ etiā ꝯfirmat⁹ in frōte: q2 hoc ſacr̃m dat̃ ad robur fidei: vt videlicet ꝯfirmat⁹ ſit ita fortis in fide in baptiſmo ſuſcepta ꝙ vlterius corā quocūqꝫ ꝯfiteri nomē xpi nō erubeſcat. Percutit̃ etiā ꝯfirmat⁹: q2 talis ꝑcuſſio repſentat manuū impoſitionē: qm̄ apl̄i ꝑ man⁹ īpoſitionē ꝯfirmabāt. Percutit̃ q̄rto ad terrēdū malignū ſpm̄ vt fugiat: ⁊ ne redire audeat: ſicut fecit beat⁹ bn̄dict⁹ liberās ꝑ alapā monachū: q a maligno ſpū vexabat̃: vt legit̃ i dialogo gregorij. li. ij. ca. xxxij. ¶ Querit̃ ꝑterea qb⁹ debet conferri iſtud ſacr̃m? Rn̄de ꝙ oībus fidelib⁹ baptizatis vt dictū eſt tā ſanis q̄ꝫ etiā morte periclitātib⁹: vt patet in. c. vt ieiuni. ⁊. c. ſe. de ꝯſe. di. v. q̄uis gloſa ſentire videat̃ ꝙ debeat dari ſolū habētib⁹ ꝑfectā etatē ſcꝫ. xij. annoꝝ: nō tn̄ verꝫ credit̃: vt dicit̃ in ſūma angelica: vbi agit̃ de ꝯfirmatiōis ſacr̃o. ¶ Querit̃ etiā ⁊ nō imerito. vtrū ꝑfecte etatis volēs ſuſcipe iſtud ſacr̃m teneat̃ ꝯfiteri prius? Rx. ꝙ q̄uis teneat̃ ꝯteri de mortali: ſi qͦ cōmiſit anteq̄ꝫ ſuſcipiat: aliter peccaret mortaliter: tn̄ ꝯfiteri nō tenet̃ de neceſſitate: vt dicitur in ſumma angelica loco vbi ſupra. ar. d. c. vt ieiuni. in verbo moneant̃. ¶ Querit̃ poſt hec an chriſmatio debeat fieri de chriſmate tm̄ illi⁹ anni? Rx. ꝙ ſic cū ſit minoris neceſſitatis ꝯfirmatio quā baptiſm⁹. ar. c. qm̄. de ſentē. ex. li. vj. ⁊. c. ſi qs de alio. de ꝯſe. di. iiij. ¶ Quid erit: ſi qs oleo pro chriſmate ſit vnct⁹? Rx. ſm̄ hoſtiē. ⁊ inno. in. c. j. de ſa vncti. ꝙ debet iterꝫ chriſmate liniri. ⁊ debet illa oratio reiterari ſigno te ⁊c̃. Alie aūt oratiōes q̄ ꝑcedunt ⁊ ſequūt̃ nō iterāt̃. ¶ Utrū oī tp̄e ꝯferri poſſit ꝯfirmatio q̄ri pōt? Rx. ꝙ ſic. ar. d. c. oēs fideles. ⁊. c. de his. ⁊. c. vt ieiuni. ⁊. c. ſe. de ꝯſe. di. v. Sed ep̄us debet eē ieiun⁹. vt in. c. vt ep̄i. de ꝯſe. di. v. ſꝫ nō de ꝑcepto. Et ꝑ ꝯſequēs ieiun⁹ debet ſuſcipere ꝯfirmationē: niſi neceſſitas aliud ſuadeat. Tn̄ credo ſit ꝯſiliū: nō ꝑceptū: vt patet in. d. c. vt ieiuni. Et ꝓpterea dicit Ala ꝙ meli⁹ eſt ꝯfirmari poſt prandiū q̄ꝫ ep̄o poſtea deſcēdēte nō poſſit ꝯfirmari. Et aduerte ꝙ hoc ſacr̃m nō eſt iterabile. vt dicit̃ in. c. dictū eſt. ⁊. c. ſe. ea. di. ⁊ peccaret mortaliter ſciēter iterās: ſec⁹ ſi ignoraret aut dubitaret: q2 nō dicit̃ iteratū qͦ neſcit̃ factū: vt iā dictū eſt ſuperi⁹. ¶ Aduerte ꝑterea ꝙ nō ꝯfirmat⁹ tenere nō pōt ad ꝯfirmationē: vt in. c. in baptiſmate. de ꝯſe. di. iiij. Et ſi tenet nō ꝯtrahit cōpaternitatē vt ibi patet. ꝯcor. Tho. ⁊ pe. ¶ Unus ꝑterea tenere debet ꝯfirmādū: vt in. c. nō plures. de ꝯſe. di. iiij. ſicut ⁊ in baptiſmo vt ibidē. ¶ Querit̃ demū vtrū ille qui tenuit in catheciſmo vel baptiſmo poſſit tenere in hoc ſacr̃o. Rx. ꝙ ꝯſuetudo romana ē ꝙ nō: ſꝫ per ſingulos ſinguli ſuſcipiāt. Tn̄ fieri pōt ſi neceſſitas cogit. alias nō: vt in. c. in cathecíſmo. de ꝯſe. di. v. Sꝫ nota ꝙ hodie ex ꝯſuetudine ē: vt q tenet i cathecíſmo: teneat ī baptiſmo: ⁊ iō ſine pc̄ō fit. Si tn̄ plures ſūt q tenēt etiā efficiūt̃ cōpatres ſuſcepti: vt in. c. ſi. de cogna. ſpi. li. vj. Et iō vir nō debet tenere vxorē: ⁊

## Capitulum ſedecimū.

¶ De euchariſtia.

Euchariſtia eſt ſacramentū corporiſ ⁊ ſanguinis xpi ſub ſpecieb⁹ panis ⁊ vini contentoꝝ virtute verborū a ſacer-

ecōuerſo q2 oriet̄ impedimētū: ꝛ hec ſufficiāt de ꝯfirmatiōe breuitatis cauſaꝝ. [Cauſa]

Eucharistia. Capl'm. xvj. incipit: in quo ad laudē dei agit̄: de eucharistia: ꝛ diffinitio ꝑma q̄ ponit̄ in textu eſt guidonis de mōte rocherij i tractatu de eucharistia. Scd̄a diffinitio ē alexandri de alis i ſua ſūma. li. vj. iō vide textū diligēter.

dote prolatoꝝ. Et dicit̄ ab eu qd̓ eſt bonū: ꝛ charis qd̓ eſt gr̄a. quia in illo continetur ille qui eſt fons gr̄e ſcz xp̄s ver⁹ deus ver⁹ hō. Alexāder de alis aliter diffinit: ſic videlicet. Eucharistia eſt ſacr̄m charitatis taz diuine quā nr̄e. quia deus in hoc ſacr̄o ſignū magne dilectionis nobis oſtēdit: ꝛ nr̄e dilectionis affectū per idē ſacr̄m ſpiritualiter erga ſe inflāmauit. Magiſtralit̄ diffinit̄ ſic. eucharistia eſt ſpēs panis tritici ꝛ vini vitiū ſub ſeipſis veꝝ xp̄i corpus ꝛ ſanguinē ꝯtinentis realiter ſed inuiſibiliter ꝑ trāſſubſtantiationē panis in corpus ꝛ vini in ſanguinē: ex vi verborum cōſecrationis a ſacerdote ꝓlatorum cum intentiōe miniſtri.

## Capi. decimū ſeptimū

Quot ſūt de ſubſtātia eucharistie vbi agit̄ de miniſtro. materia. forma. ꝛ intentione.

Fons gr̄e. de cuius plenitudine oēs accipim⁹ gratiam Johan. ij. capi.

Sacr̄m charitatis tā diuine q̄z noſtre. q2 i hoc ſacr̄o eſt v̓tus ſpūali. i. v̓tus vnitatis ꝛ charitatis ideſt eterna ꝯiūctio ꝛ dilectio xp̄i ad eccliaz. xxj. di. § j. ibi rogaui pro te petre vt nō deficiat fides tua. ꝛ allegat̄ de ꝯſe. di. ij. in glo. primi capituli ſcz i ſacroꝝ oblationib⁹. Eſt etiā altaris ſacrificiū ſacr̄z vnitatiſ: vinculū charitatis. vt patet de ꝯſe. di. ij. c. hoc ſacrificiuz. Illud idē ꝓbat̄. xxiij. q. iiij c. ipſa pietas. §. ꝯuiuiū dn̄i eſt vnitas corpis xp̄i ꝛc. [.i. in persona xpi]

Species panis. in hac vltima diffinitiōe tāgunt̄ ea que ſūt de neceſſitate in eucharistia ſcz materia panis et vini ꝛ forma ꝛ intētio: vt dicit̄ i. c. ſequēti

Sub ſeipſis ſcz ſpeciebus panis ꝛ vini: ſub q̄bus corpus xp̄i veꝝ ꝛ ſāguis ꝯtinet̄: v̓tute v̓boꝝ ſacratiſſime ꝯſecratiōis vt patet de ꝯſ. di. ij. ſpēs. vbi legit̄ q̄ poſt ꝯſecrationē nō ſubſtātia panis ꝛ vini. ſz ſpēs remanet ꝛ eadē di. nos aūt in ſpē panis ꝛ vini. vbi legit̄ q̄ ſub ſpē panis ꝛ vini iuiſibilē xp̄i carnē ꝛ ſanguinē honoram⁹. ꝛ in mltis alijs capitulis eiuſdē diſtinctiōis. ꝛ extra de cele. miſ. cū marthe. §. q̄ſiuiſti. ꝛ hoc videt̄ cōprobare ꝯciliū generale. extra de ſū. tri. ꝛ fide ca. c. j. §. vna ē. ꝛ inno. iij. c. cū marthe. §. veꝝ iter opiniones. ꝛ ꝑ hoſti. li. iij. de ꝯſe. eccliaꝝ vl' alta. §. ꝛ q̄ñ. v̓bo in ſacr̄o altaris. vbi dicit q̄ ſubā panis ꝛ vini deſinit ibi eē trāſſubſtātiat̄ eni i corp⁹ ꝛ ſāguinē. ꝛ tm̄ accidētia ipoꝝ r̄manēt. ſ. ſapor ꝛ color ꝛ pōd⁹ ꝛ ſub ill' ſpēb⁹ i. accidētib⁹ ē corp⁹ xp̄i

De ſubſtantia eucha riſtie ſunt quattuor ſcḋm Alexandrum de alis in ſumma ſua li bro.vj. Primū eſt ꝙ ꝯſecrās euchariſtiā ſit ſacerdos. Scḋm ſpēs panis et vi ni. Tertiū forma verboꝝ. ⁊ verba q̄ ſupra ſpēz panis ꝓfert ſacerdos ſūt hec. hoc eſt enī corpus meū. Et ver

d

De ſubſtātia euchariſtie. In hoc.xvij.ca.multa erāt neceſſaria: ſ; ne in mltiloquio verſemur: vbi pctm̄ nō deeſt: re cti⁹ eē duxi pauca ꝺclarādo textū ſcribere: ⁊ ea fulcire auctoritate. ꝙ̄ mlta ⁊ ſine auctoritate inſerere. Et q̄tū ad primū qḋ eſt neceſſariū ſc; ꝙ ꝯſecrās ſit ſacerdos: intellige ꝙ ſit rite ⁊ legitime ordinat⁹: vt patet.xxv.di. ꝑlectis. ⁊ de ſūma trini. ⁊ fide catho. fir miter.§.vna. hoc ſequunt theologi in.iiij.di.xiij. ⁊ tā giṫ etiā de clerico nō ordi nato. ex lr̄is in gloſa ⁊.j.q. vij. daibertū. ¶ Qui autē ꝯſecrare p̄ſūpſerit nō ordi nat⁹ icurrit grauiſſimas pe nas canonicas ⁊ ciuiles. de penis canonicis. vide ibidē de clerico nō ordinato mi niſtrāte. ⁊ de crimine falſi. ad audientiā. De ciuilibus penis legiſtas ꝯſule. Abſit ꝙ aliqs tale quid auſus ſit cōmittere. Sed ſi acciderit eccliaz ꝯſule: ⁊ ei⁹ mini ſtros. ¶ Poteſt queri vtrū qlibet p̄ſbyter poſſit hoc ſacr̄m ꝯficere? Rn̄det ri cardus in.iiij.di.xiij. ꝙ de iure nō pōt nec irregularis nec interdict⁹ aut ſuſpē ſus ab executiōe eoꝝ q̄ ſunt ordinis: nec ſimoniac⁹. ſciſmatic⁹. excōmunicatus aut degradatus ſiue depoſit⁹: vel qlibet public⁹ ⁊ notori⁹ peccator. Sed de fa cto ſi ſupra debitā materiā ꝓferat verba cū intētione debita: vere ꝯficit: quan tūcunq; ſit nephari⁹: qꝛ character ſup̄ quē fundaṫ ptās ꝯficiēdi eſt indelebilis licet mortaliter peccet ꝯficiēdo. hec in ſūma angelica. euchariſtia.ij. Sed quid de illo qui poſtq̄ indutus eſt recolit ſe de aliquo mortali? R̄. ꝙ ſi teneṫ celebra re ⁊ hēt copiā idonei cōfeſſoris: teneṫ cōfiteri. Si vō nō hēt: cōteraṫ cū propo ſito ꝯfitendi. Et ſufficit: nec peccat ſi cū verecūdia accedit. Si vero nō tenetur celebrare: tūc nō debet celebrare niſi p̄us cōteratur et ꝯfiteaṫ: qꝛ ad hoc tenetur ſcḋm.ſ. Bonā vēturā in.iiij.di.xiij. et glo. in.c. de homine. de cele. miſſa. ⁊ alia gloſa in.c. nihil. vij. queſtio.j. argumen. de. ſentē. excomu.c. de cetero. ⁊.xxvj. queſtio.vj. qui recedunt. et quāuis alij doctores aliter dicant hoc eſt tutius.

¶ Scḋz eſt ſpēs panis et vini. Ita ꝙ panis ſit tritice⁹ ⁊ vinū de vitib⁹ mi xtum cū modico aque. de conſe.di.ij. in ſacramēto. ⁊ in mul alijs locis. ⁊ in.c. cum marthe. de cele. miſſa. ⁊ in.iiij. ſen.di.viij. et Scotus in iiij.di.xj. ⁊ cōiter theologi. qui tenēt. ꝙ nō pōt ꝯfici niſi in pane triticeo. i. fru mēti. ⁊ in vino ex vitib⁹. rō potiſſima ē qꝛ ſic xp̄s inſtituit luce.xxij. ¶ Quod aqua debeat admiſceri in vino calicis pꝫ i.c. lr̄as. de cele. miſſaꝝ. ⁊ de. ꝯſe. di. ij.c.j. ⁊.c. oē crimē. ⁊ quare hoc? vide ibidē. ⁊.i.c. cū marthe. de cele. miſſaꝝ. ¶ Sed nunquid ſufficit ꝙ aqua fuerit appoſita in dolio? R̄.ſ. Bona ventura in.iiij.di.xj. ꝙ nō. ſ; tunc debet apponi qn̄ ſacra miſteria inchoantur: etiam

ſi alias fuiſſet poſita. ¶ Ité notádū eſt ꝙ aq̄ debꝫ apponi? Dic ꝙ ſola aq̄ natura lis. c. i quadá. de. cele. miſſa. ¶ Et aduerte ꝙ aqua debꝫ apponi i modica q̄n titate: maxime ſi vinū é debile. ¶ Sꝫ quid fiédū in illis ꝑtibꝰ vbi vinū hēri nó pót? R̄n̄de cū ſūma angelica. ꝙ papa pót diſpéſare: vt ſine ſanguine corpꝰ xp̄i

ba q̄ ſuꝑ ſpecié vini ſunt hec. Hic eſt eni calix ſanguinis mei noui et eter-ni teſtamenti myſteriū fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur in re

ꝯficerét: ne ꝓpter defectū ſacri incurrerent maximū dánū: cū corpus nó ſit ſine ſanguine in hoſtia: ⁊ ideo papam adeant.

¶ Tertium forma verboꝝ. vn̄ forma tráſſub-ſtātiatiōis panis é iſta. hoc eſt. n. corpꝰ meū. facit. c. cū marthe. §. ex eo. de cele. miſſa. ⁊. j. corin. xj. ⁊ i. iiij. ſniaꝝ. di. viij. Forma calicis é hec. hic é. n. calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni te-ſtaméti myſteriū fidei qui ꝓ vobis ⁊ pro multis effundit̄ i remiſſioné pctóꝝ: vt in. d. §. ex eo. in dicto. c. cū marthe. de. cele. miſſaꝝ. vbi dicit papa paulo infe-riꝰ in ꝯtextura dicti. c. Credimꝰ igit̄ ꝙ forma v̄boꝝ ſicut in canone repitur: ⁊ a xp̄o apl̄i ⁊ ab ipis eoꝝ acceperint ſucceſſores. vnde colligit̄: ꝙ forma verborꝫ preſcripta tenet̄ fideliter in tota vniuerſali eccleſia. ¶ Utrū hec cóiunctio enī ſit de ſubſtātia forme. R̄n̄de ꝙ nó: ſꝫ ponitur ibi ad denotádū ordiné cóſecra-tionis: tn̄ omitti nó dꝫ: q2 qui ſcienter omitteret tá in cóſecratione panis quá vini mortaliter peccat: q2 facit cótra vſuꝫ generalé eccleſie romane. ⁊ talis tráſ greſſor puniédꝰ eſt: vt dicit guilelmꝰ de móte lauduno in ſuo ſacramétali: ⁊ in ſūma angelica. euchariſtia. ꝑmo. Et nota ſm ſco. i. iiij. di. viij. ꝙ li. n. ponit̄ ibi ad cóiūgendū ne. ſ. verba forme ſine ꝓcedentibꝰ ꝓferant̄ ¶ Querit̄ quid demó ſtratur ꝑ hoc ꝓ nomé hoc? R̄ndet̄ ſm ricar. d ſcó victore libro de trinitate. ꝙ ibi ſit demóſtratio mixta ſcꝫ partim ad ſenſuꝫ ⁊ ꝑtim ad intellectū ſub hoc ſen ſu. illud in quod hoc tranſſubſtātiabit̄ eſt corpus meū. q2 ſicut iſta ꝓpoſicio eēt vera ⁊ magis ꝓpria ſi demóſtrádo cibū diceret hoc eſt corpus meū ſcꝫ illud in qȯ iſte cibꝰ eſt tráſmutádꝰ eſt corpꝰ meū q̄n virtute eiꝰ in prolatiōis termino il-le cibꝰ fieret corpꝰ meū. Sic in ꝓpoſito: q2 ibi v̄tute verboꝝ in ꝯpleméto ⁊ ter-mino ipiꝰ orōnis panis fit verū corpꝰ xp̄i. Alij tn̄ aliter dicūt. vide in. iiij. ſniaꝝ di. viij. ⁊ in rationali ꝑte quarta. in. vj. ꝑticl'a canonis. ℣. Sꝫ querit̄ quid de-móſtrauit xp̄s: q̄n dixit hoc eſt corpꝰ meū. et in Guidone de móte rocherij. li. ſuo dicto manipulo curatoꝝ. c. de forma euchariſtie: vbi dicit verba ſequétia ꝯcludédo i hac materia. Iſta ꝓpoſitio hoc eſt. n. corpꝰ meū: ſicut ⁊ quelibꝫ alia donec proferat̄ nó eſt ꝑfecta nec ꝑfectū ſenſuꝫ generat in aīo auditoris: ideo nó eſt iudicádū de eius veritate quouſqꝫ ſit tota ꝓlata. Cóſtat aūt ſcdꝫ fidé ꝙ iſtud qȯ ꝯtinet̄ ſub iſtis ſpeciebꝰ poſt ꝓlationé vltime ſyllabe eſt corpꝰ xp̄i. Ideo ve-re dicit̄ ꝙ iſtud ꝓnomé hoc: demoſtrat illud qȯ ꝯtinet̄ ſub iſtis ſpeciebꝰ. hec il le guido. ¶ Nycolaꝰ de lyra in. xj. c. epiſtole ꝑme ad corinthios dicit. ꝙ ſenſus huiꝰ ꝓpoſitiōis: hoc é corpꝰ meū: é. i. ꝯtentū ſub his ſpeciebꝰ panis é verū corpꝰ meū qȯ ſit v̄tute diuina ꝑ cóuerſioné ſubſtātie panis in verū corpꝰ xp̄i: ſolis ac-cidētibꝰ remanétibꝰ: qȯ ſit diuinitꝰ ne caro xp̄i ſub ꝓpria ſpecie: qȯ videretur

hoꝛrēdū: ſi a fidelib⁹ ſumeret. ⁊ paulopoſt in eodē .c. dicit nycola⁹. hec aūt cōuerſio fit ſubito in fine ꝓlatiōis verboꝝ: qꝛ tūc habēt ſenſū ꝑfectū ⁊ effectū: efficiūt .n. qḋ figurāt. vn̄ cōſiderādū ꝙ hoc ſacr̄m ꝑficit in ꝯſecratiōe materie nō in vſu ipi⁹. Alia vero ſacr̄a nō ꝑficiūt in ꝯſecratiōe materie ſ; in vſu: ſicut baptiſm⁹ et cōfirmatio nō ꝑficiūt in benedictione aq̄ ⁊ chꝛiſmatis: ſ; in ablutiōe ⁊ vnctione cū determinatꝭ v̄boꝝ formis. hec nycola⁹ ille. ¶ Et cū ꝓfert ſacerdos ſup calicē cū intētione ꝯſecrādi hic ē enī calix. ⁊c. talis eſt ſēſus. i. cōtētū in hoc calice. nicola⁹ vbi ſup̄. Ita ꝙ ea que dicta ſunt in cōſecratiōe panis: debēt ſimil'r dici de vini cōſecratiōe. vt dicit in ſūma angelica. eucharistia. j. §. xxix. Nā cu; v̄ba ꝯſecratiōis ꝓferūt cōuerſio fit panis ⁊ vini i ſubſtātiā corpoꝛis ⁊ ſanguinis xpi manētib⁹ accidētibus. vt pȝ: iiij. ſniaꝝ. di. viij. ⁊ ꝑ bonā vētu. ⁊. Ri. in. iiij. di. xj. ⁊ tho. in. iij. q. lxxv. ⁊ ſimiliter pȝ in. c. cū marthe. de. cele. miſſaꝝ. ⁊ in decretꝭ. de. ꝯſe. di. ij. Panis eſt in altari. ⁊ ea. di. Accipite. ⁊ vt paucis dicā eccl'ia catholica romana ſic tenet ⁊ ē fides nr̄a: vt in. c. firmiter. §. vna. de ſūma trini. ⁊ fi. catho. ⁊. c. in quadā. de cele. miſſa. ¶ Attēde ꝙ ſacerdos ſm̄ ſcotū in. iiij. di. viij. deb; dicere aliqua v̄ba canonis p̄cedētia verba ꝯſecratiōis panis ⁊ vini. ſicut ſunt illa. fiat dilectiſſimi dn̄i nr̄i ieſu xpi: qui p̄die q̄ꝫ pateret. ⁊c. ex quib⁹ verbis p̄fata forma determinet ad corpus xpi: in cui⁹ ꝑſona ſacerdos ꝯſecrat. ¶ Querit vtrū forme iſte q̄ dicūt ſup panē ⁊ ſup vinū expectēt ſe ꝯpando? Dicēdū eſt ſm̄ beatu; Tho. ſup. viij. di. iiij. ſniaꝝ: ꝙ nō. qꝛ ſi vna forma expectaret aliā: tūc ſacerdos eleuās hoſtiā nō oſtēderet populo coꝛp⁹ xpi ſ; ſolū panē: ⁊ ſic faceret populum ydolatrare. ⁊c. Et in hoc ꝯueniūt oēs doctoꝛes. Ex hoc querit ſi ſacerdos ꝓferat formā ſup panē cū intētione. ⁊c. Et nō ꝓferat formā ſup vinū: ſi eēt ibi verū coꝛp⁹ xpi cōſecratū. Solutio. dicēdū ē ꝙ ſic. qꝛ nec coꝛp⁹ ſine ſanguine. nec ſanguis ſine coꝛpoꝛe. Tn̄ grauiter peccaret qui hoc faceret: qꝛ ſanguis diuiſim a coꝛpoꝛe ꝯſecratus ſignificat ꝙ ſanguis xpi a coꝛpoꝛe fuit diuiſus in paſſione. vn̄. io. xix. de latere xpi exiuit ſanguis ⁊ aqua. ⁊c. ℣. Panis mutat forma remanēte p̄oꝛe. ſ; nō eſt talis q̄lis ſentit in oꝛe. ¶ Nota ꝙ grauiter peccat qui addit vel ſubtrahit: vel trāſponit: vel interponit: vel mutat aliquid in illa forma verboꝝ quā xp̄s exp̄ſſit p̄ſertim ſi formā itēdit mutare vel hereſim ītroducere de ꝯſe. di. iiij. retulerūt. qꝛ forma verboꝝ quā xp̄s expꝛeſſit ꝑ oīa debet illibata ſeruari: q̄ꝫuis ſm̄ philoſophū noīa ⁊ verba trāſpoſita idē ſignificēt: extra de reſcriptis. neq; vtile ꝑ inutile viciet: ⁊ nō verbū ex verbo ſ; ſenſu; ex ſenſu tranſ

miſſionē pctōꝝ. iſta verba ſacratiſſima pꝛout iacent in textu ponunt in manipulo curatoꝝ ⁊ habent. Mathei. xxvj. et Marci. xiiij. ⁊ pꝛima ad coꝛinthios. xj. Dn̄s ieſus in qua nocte tradebat accepit panem ⁊ gr̄as agens benedixit fregit ⁊ dedit diſcipulis ſuis dicens. Hoc eſt enī coꝛp⁹ meū. hoc facite in meā cōmemoꝛationem. Similiter ⁊ calicem dicens. Hic eſt eni; calix ſanguinis mei. ⁊c. vt ſupꝛa diximꝰ ꝙ ponunt in mani

ferēdū ē extra de ṽbo.ſignifi.ꝑterea. Itaq̄ʒ illibata ē ſuāda forma ꝯſecrationis vide latiꝰ ꝺ hac materia i ſūma.an. baptiſmꝰ.ij.§.xv.cū duobꝰ ſequētibꝰ ibidē
Quartū qꝺ requirit̄ eſt intētio cōſecrātis: qꝺ cōfirmat alexander in.vj. ſui ꝯpēdij. Et guilelmꝰ de mōte lau.in ſuo ſacramētali: vbi dicit ꝙ ītētio ē dē ſba: ⁊ illud ꝓbat p.c. Tua. de ſponſa. qꝛ verba debēt ſeruire intētiōi: vt pʒ.xxij.q.v.hūane. ar. ad hoc.c.retulerūt. de ꝯſe.di.iiij. Et attēde ꝙ duplex ē intētio.ſ. generalis: vel ꝑticularis: q̄ ſemꝑ ē neceſſaria vel generalis vl ꝑticularis. generalis ē ꝙ ſacerdos intēdat facere ꝙ facit eccl̄ia: ⁊ tūc ꝯficit: lʒ ipē alibi cogitet. peccat tn̄ ſi ex negligētia vel incuria nō adhibet attētionē: vt dicit̄ in textu. particularis eſt ꝙ intēdat ꝙ ṽtute verboꝝ cōſecratiōis panis quē an̄ ſe hēt ⁊ vult ꝯſecrare trāſſubſtātiat̄ in corpꝰ xp̄i: ⁊ vinū i ſanguinē. ad qꝺ credo ꝙ quilibʒ ſacerdos intēdere nitit̄. Uide quā neceſſaria ē intētio vel generalis vel ꝑticlaris: ꝙ ſi baptizās intēdit baptizare: qualēcūq̄ʒ intentionē baptizatꝰ hēat: ſacramētū recipit. ſʒ ſi nō intēdit baptizare: licet verba ꝓferat: nō ē baptizatꝰ: qꝛ ṽba debēt ꝺſeruire intētiōi vt diximus. Cōcludit̄ ergo ꝙ necc̄ia ē pētꝰ intētio in eucharistia: ſic ibaptiſmo ⁊ ceteris ſacr̄is vt pʒ de. ꝯ. di. iiij. ſolet. ⁊ ea. di. nō i nob.

pulo curatoꝝ ⁊ ſeruant̄ in eccl̄ia catholica. Quartū qꝺ requirit̄ eſt intētio conſecrantis. Et vt melius intelligas: aduerte ꝙ aliud eſt attentio: aliud eſt intentio. quia intētio ſꝑ eſt neceſſaria vel ſpecialis vel generalis: ſicut diximus in baptiſmi ſacr̄o. Attētio aūt nō eſt de ſubſtātia: ſicut qn̄ mens rapit̄ in verboꝝ ꝓlatione ad alia. quod qn̄q̄ʒ cōtingit ex infirmitate. qn̄q̄ʒ ex negligētia vel incuria: ⁊ tūc eſt pct̄m. Sciendū preterea ꝙ nō ſolum requirit̄ intentio cōſecrantis: ſed etiam intentio iſtud ſacramentū inſtituētis. Unde ſi aliq̄s ſacerdos ſtaret in foro et ſuper oēs panes formā verboꝝ proferret etiā cū intentiōe ꝯſecrandi: nō fieret ibi tranſubſtantiatio: ſm alexandrū de alis in cōpendio theologie li.vj. Et hoc nō eſſet ꝓpter defectū virtutis verboꝝ: cū vna vice ſacerdos poſſit ꝯſecrare tot hoſtias quot toti mundo ſufficerēt: ſi eſſēt neceſſarie eccl̄ie

Iſtud ſacr̄m inſtituētis. vide hic i textu alexādrū de alis: cuiꝰ ſūt ṽba eiuſdē textꝰ. ⁊. ſancto. tho. in ſuo. iiij. di. xj. q. ij. ad. iij. q vbi tenet ꝙ quātacūq̄ʒ ſit materia corā ſacerdote poſita pōt ꝯſecrari ab eo. et idē tenet ꝓfatꝰ doctor. iij. ꝑte. q. lxxiiij. ar. ij. vide etiā i ſūma ange. eucha. j. §. xxv. hāc materiā: poſtq̄ʒ dictū glioſū doctorē. tho. ⁊ alex. nō ſolū i cōpē. theo.

ꝺitatis.li.vj.vñ verba hu-
ius text⁹ extracta ſũt:ſʒ etiã
in.iiij. ſuo tractatu de eu-
chariſtia. Et.ſ. Bonãvẽtu
ram in.iiij.di.x.ꝛ ipmmet
mgr̃m:ꝛ alios videris lege
ris:ꝛ eoꝝ dicta põderaue-
ris:qđ ipi tenẽt nos tenea-
mus.ſ.deniqꝫ romãe eccľie
determinatiõi ſubijciamur
prout ego ſuʒ. fui ſemꝑ et
ero vere ſubiect⁹ vide eti-
am in manipulo curatoꝝ.

¶ Jſta ꝯiũctio eñ
de qua iã ſatis ſuꝑ in gloſa
huius capituli diximus.

¶ De ſpecieb⁹ pa-
nis ꝛ vini. de materia hui⁹
ſanctiſſimi ſacr̃i ſatis dixi-
mus:ſʒ attẽde: vt lati⁹ in-
ſtruaris. ꝙ ꝯgruẽter xp̃s i
iſta materia magis inſtitu-
it illud ſacr̃m celebrari ꝗ̃ i
alia: qꝛ effectus corporales
panis et vini maxime ſpũ-
aliter ꝯueniũt huic ſacro.
panis.n. naturaliter ꝯfor-
tat.iuxta illud pſalmiſte.
panis cor hois ꝯfirmet.vi-
nuʒ autẽ habet letificare.
iuxta illud.pſalmi.vinũ le-
tificat cor hois. Et iſtud ſa-
cramẽtũ digne ſumptũ cõ
fortat ſũmẽtẽ ſpũalit̃. ne in
via hui⁹ mũdi deficiat.ideo
vocat̃ viaticum.i.viatores
ꝯfortãs ꝛ letificãs. ꝛ vocat̃
euchariſtia.i. bona gr̃a: ꝗ
ſũme habẽtem letificat.vo
cat̃ etiã cõmunio. quaſi ſi-
mul vnio:qꝛ i ꝑceptiõe cor
poris ꝛ ſãguinis dñi:xp̃i fideles ad iuicẽ ſpũalit̃: vniunt̃ ſic̃ pãis ex mltis ḡnis
ꝯficit̃:ꝛ vinũ ex mltis racemis ꝯfluit. pãis ẽ ꝯgruẽt̃ matia. qꝛ xp̃s ḡno frumẽti ſe
ꝯpauit.io.xij.dicẽs. Niſi ḡnũ frumẽti cadẽs i tra mortuũ fuerit. et ḡnũ frumẽ
tũ fuit.de.pe.di.ij.cũ ſanctam.ꝯparauit ſe etiã viti.io.xv.dicẽs. Ego ſum vitis

ſed ꝓpter defectũ intentionis illi⁹
qui hoc ſacr̃m inſtituit: qui nõ inten
dit ꝙ cum tali ludibrio vel ſtulticia
fieret ꝯſecratio Sed pro vtilitate vł
neceſſitate eccľie generalis vel par-
ticularis. ¶ Circa quoqꝫ formã ver
borum ſciendũ ꝙ cum dicit̃. Hoc eſt
enim corpus meũ. iſta coniũctio eñ
nõ eſt de ſubſtãtia forme ſʒ de bene
eſſe ipſius. Tamẽ omitti non debet.
nã ſi quis ſacerdos dimittat illã fa-
cit cõtra vſuʒ generalẽ ſancte roma
ne eccľie:ꝛ ſic grauiter eẽt puniẽdus
ſcđ́ʒ ſacros canones:qꝛ grauiter pec
caret ꝗ omitteret: cũ ſit de inſtitutio
ne eccľie. ſi tñ dimittat̃: nihilomin⁹
ꝯſecrat ſacerdos Aliud itaqꝫ eſt for
ma neceſſaria ſine ꝗ nõ põt trãſſub-
ſtantiatio fieri. Aliud eſt forma de-
bita:ſine ꝗ nõ debet fieri. Et ſic iſta
ꝯiunctio eñ eſt de rõne forme debi-
te:ꝛ ſic nõ debʒ omitti. Eodẽ modo
dicendũ eſt de ſpecieb⁹ panis ꝛ vini
Unde nota ꝙ materia euchariſtie.
Alia eſt neceſſaria. Alia eſt debita.
Materia neceſſaria eſt ꝙ in eucha
riſtia panis ſit frumentin⁹. quia ſine
illo nõ poteſt fieri cõfectio. Sed ma
teria debita ẽ ꝙ panis ille ſit azim⁹.

vera. ideo ſacr̃m corporis ⁊ ſanguinis vino de vite: ⁊ ĩ pane de tritico ꝯficit᷑.
¶ Panis ſit azimꝰ ſcotꝰ ĩ. iiij. di. xj. dicit q̄ põt cõfici ĩ fermẽtato. ⁊ ẽ textꝰ in. c. lr̃as. de. cele. miſſa. ⁊ in. c. in ſacramẽto. de. ꝯſe. di. ij. Sed grauiter peccat latinꝰ ſi celebrat in fermẽtato. ⁊ vt dicit ſcotꝰ forte etiã grecus grauiter peccat ꝓpter multa q̄ adducit ibidez: ſꝫ maxime: qꝛ xp̃s in azimo ꝯſecrauit. ita q̄ qui in fermẽtato ſacrificat: ⁊ qui ſine igne et qui ſine aq̃. ſ. naturali: ⁊ q ĩ vaſe ligneo: ab officio et beneficio deponit᷑: vt pꝫ de cele. miſſa. c. lr̃as tuas. q̄d c. allegat᷑. a. ſctõ Tho. iij. parte. q. lxxiiij. articl'o. iiij. ¶ Nota q̄ vas ligneũ nõ ẽ ꝑmiſſũ: vt pꝫ de. ꝯſe. di. ij. vaſa. nec lꝫ q̄ vaſa fiãt d̾ auricalco: qꝛ ob vini v̾tutem eruginẽ parit ⁊ vomitũ ꝓuocat. nec de ligno: nec de vitro. de ꝯſe. di. j. calix. ita q̄ ꝓpt᷑ decꝰ ſilueſter papa. viij. inſtituit vt vaſa argentea eẽnt ĩ eccl'ia. de. ꝯſe. di. j. vaſa. ¶ Nota q̄ non põt ꝯfici ĩ paſta facta de tritico nec in pane corrupto. ſ. qñ ſpẽs ſoluũt᷑ ſcꝫ qñ ꝯtinuitas ſoluit᷑ ⁊ accidẽtia mutãt᷑: nec ĩ pane facto de alia aqua p̃terq̃ naturali d̾ hac materia. vide ĩ ſũma ãgeli.

quia licet in fermentato poſſet cõfici: tñ hoc non debet fieri duplici de cauſa. Prima eſt q̄ panis azimꝰ cõuenit iſtitutioni. xp̃s enĩ dedit diſcipulis corpus ſuũ cõfectũ in tali materia. Secũda eſt q̄ talis panis ꝯuenit etiã ſignificato. xp̃s. n. ſine omni fermẽto pctĩ fuit. Similiter dicendũ eſt de materia calicis. qꝛ alia eſt materia neceſſaria. alia debita. Materia neceſſaria calicis ẽ vinũ: qꝛ ſanguis xp̃i nõ põt in alia materia ꝯfici quã in vino. Materia vero debita eſt: q̄ aqua vino miſceat᷑. Et hoc duplici rõne. Prima qꝛ talis materia ꝯuenit iſtitutioni: chriſtꝰ. n. ſanguinem ſuũ ſub tali ſpecie dedit. Scd̃a quia talis materia ꝯuenit etiã ſignificato. qꝛ eccl'ia q̄ per aquã ſignat᷑: chriſto per fidẽ ⁊ charitatẽ iungit᷑.

q̄ quiſ ſacerdos no potest Consecrari si ne vino et sine aqua

¶ Aqua miſceat᷑ vino: aqua. ſ. naturalis ⁊ elemẽtalis. c. in quadã de. cele. miſſaꝝ. q̄ aqua debeat vino admiſceri. pꝫ extra de. cele. miſſaꝝ. c. cũ marthe. §. queſiuiſti. ⁊ quare admiſceat᷑. Q̄d plꝰ de vino q̃ de aqua ſit ponẽdũ in ſacrificio altaris pꝫ de cele. miſſa. c. Perniciosus. allegat᷑ hec decretalis p̄ Tho. iij. pte. q. lxxiiij. arti. viij. ¶ Quid ſi aqua nõ apponat᷑? Rñde q̄ nihilo minꝰ ꝯficitur. de. ꝯſe. di. ij. ſcriptura:. ſꝫ peccat mortaliter qui ſciẽter eã nõ apponit. ar. c. lr̃as. de. cele. miſſaꝝ qui vero omittit ex negligẽtia ex hoc q̄ habuit diligẽtiã ſemiplenã venialiter peccat: ſꝫ grauiter: qꝛ quãtũ iſtud ſacramẽtũ p̃cellit alia ſacr̃a ⁊ opa: tñ in eo magis q̃ ĩ alijs negocijs p̃põderat negligẽtia ſm. ſ. bonã vẽtu. in. iiij. di. xj. ſi aũt omiſit ex negligẽtia eo q̄ nullã diligẽtiã adhibuit: mortalit᷑ pcãuit ſm ale.
¶ Xp̃o p̄ fidẽ ⁊ charitatẽ iungit᷑ q̄d pbat᷑ p̄. c. Cũ marthe. de. cele. miſſaꝝ

paulo inferi⁹ poſt. §. queſiuiſti. cū dicit. ideo vino aq̄ vnit: vt xp̄o popul⁹ adu nect. ꝛc. ꝑplus ſignificat ꝑ aquā hieremie. ij. c. aq̄ mlte ꝑpli multi. itaq̄ admixtio aq̄ cū vino i calice ſignat vnionē ſpūalē xp̄i ꝛ populi q̄ fit v̄tute hui⁹ ſacri.

¶ In aceto ꝛ agreſta nō ꝯficit. Nota q̄ ꝗuis innocē. de officio miſſe dicat q̄ pōt ꝯfici in aceto: tñ theologi maxime ricar. in. iiij. di. xj. dicūtq̄ nō pōt q̄ꝛ vinum ꝛ acetū differūt ſcd̄ʒ philoſophū. viij. methaſiſice. ſic viuū ꝛ mortuū In vino tñ ſm ricar. vbi ſup̄ ꝛ cōmunit alios qd̄ accedit ad acedinē: manēte tñ adhuc forma ſubſtātiali vini: pōt ꝯfici. Idē dic qñ putreſcit pfecta putrefactione: que redire non pōt ad ꝯplexionē vini q̄ non pōt ꝯfici. ſi vo ſit via ad corruptionē pōt ꝯfici. ſimilit ſi vino ſit cū ſapore vioſo ſapor aromatic⁹: vel pōtic⁹: vel acerb⁹ ex minus perfecta digeſtione vini.

¶ In agreſta nō pōt confici q̄ꝛ nihil recipit ſpecien niſi ſit itermino ſue generationis. et ideo nō eſt vinum. ¶ Utrū i muſto pōt ꝯfici? Rñde q̄ ſic ſi eſt expſſuʒ extra vuā ſʒ nō i eo q̄ adhuc ꝯtinet in vua matura. ar. d̄ ꝯſe. di. ij. didicim⁹. ꝛ. c. ſe. et hec ē vior opinio. q̄ꝛ ſic nō ē ſub ſpecie potabili ſʒ edibili. Aduerte q̄ lʒ vt dixi poſſit ꝯfici in materia panis vel vini: qñ admixtio vel corruptio nō tollit virtutē ipoꝝ: tñ peccat qui ſine necitate ꝯficit pter quā in pane triticeo puro ꝛ incorrupto. ꝛ ſimiliter i vino nō acetoſo ꝛ purificato ꝑpter irreuerētiā ſacri ſcd̄ʒ oēs docto'. i. iiij. di. xj.

¶ Sciendū q̄ in aceto ꝛ agreſta nō conficit. q̄ꝛ acetū nō eſt vinū: ſʒ fuit. agreſta nō eſt vinū ſʒ erit. In ꝯfectione ſāguinis tā modicū aque debet ammiſceri vino: qd̄ abſorberi poſſit ab illo. alioquin impedit ꝯſecratio ſcʒ ſi vinū ab aqua vincit. Illud deſignat. q̄ꝛ cū nos ad xp̄m ꝯuertimur: nō ipſe in nos. Sed nos in ipſuʒ mutamur. q̄ꝛ corpori ſuo myſtico incorporamur. ¶ Si vna gutta vini iponitur ex aliqua negligētia ſanguini nō ꝑpter hoc deſinit eſſe ſanguis. nec ꝑpter ammixtionē vinū i ſāguinem mutat: ſʒ vtraq̄ʒ ſpēs in ſua ꝑmanet natura. Sʒ ſi de vino multū ponit ad vnā gutaʒ ſanguinis: ſicut qñq̄ʒ fit in ablutiōe: tunc ibi deſinit eſſe ſanguis. q̄ꝛ ſpēs illius gute ſub qua eſt ſanguis abſorbetur a multo vino adiuncto.

¶ Sʒ nos in ip̄m mutamur. Iuxta illud qd̄ au. dictū fuit i. li. ſuaꝝ ꝯfeſſionū. nō tu me mutabis in te: ſʒ tu mūtaberis i me. Itaq̄ʒ corpori xp̄i myſtico incorporamur. ꝛ hec verba auguſtino dicta tranſſumptiue hētur in ſūma theologice veritatis. li. vj. c. xv. de effectu eucariſtie.

¶ Sʒ vtraq̄ʒ ſpecies i ſua remanet natura. illud idē dicit. de cele. miſſaꝝ c. cū marthe. in v̄bo. q̄ꝛ ſi poſt calicis ꝯſecrationē aliud vinum mittat in calicem: illud quidē non tranſit in ſanguinem. ꝛc. ibi vide. Et

ab

per Thomam tertia parte. q. lxxxvij. articulo. ſi. ad. iij.
¶ Abſorbet i mlto vino vt pꝫ in pfuſiõe: poſtq̃ȝ ſacerdos ſũpſit totũ euchariſtie ſacr̃ȝ de. cele. miſſa. c. ex ptevr̃a: ubi inuit ꝙ ſacerdos debꝫ man⁹ p̃mo pfundere cũ vino: ⁊ vinũ pfuſiõis ſumere: niſi ſit celebratur⁹ aliã miſſã: q̃ȝ poſt pfuſionẽ ſumptã nõ põt aliã celebrare. ¶ Idem dic de aq̃ q̃ñ tollit v̓tutẽ. facit. de. ↄſe. di ij. c. cũ oẽ. ⁊. de. cele. miſſa. pnicioſus. tho. allegat hãc decretalẽ. iij. pte. q. lxxiiij. ar. viij. vide de hac re. i ſũma angeli. eucha. j. §. xiij. ⁊ xiiij. ⁊ p. §. ſequẽtes ibidẽ.

## ¶ Capi. decimũ octauũ.

### ¶ Quid ſit res. ⁊ q̃d ſacramentum Quid res ⁊ ſacramentum ſimul.

CIrca euchariſtiã attende: q̃dam eſt ſacramentũ tm̃: vt ſpecies panis ⁊ vini. q̃daȝ eſt ibi res tm̃: vt corpus xp̄i myſticũ. quoddã eſt ibi res ⁊ ſacr̃m: vt corp⁹ xp̄i verũ q̃d traxit de virgine. Iſtud enĩ ẽ res primi. ⁊ ſacr̃ȝ ſcd̃i. ¶ Sub vtraqȝ ſpẽ tot⁹ chriſt⁹ eſt indiuiſus ſcȝ corpus ⁊ aĩa ⁊ deus. ac per hoc vtrobiqȝ eſt vnũ ⁊ ſimpliciſſimũ ſacramentuȝ. Sub ſpẽ nãqȝ panis eſt corp⁹ chriſti p ↄuerſionẽ. ⁊ ſanguis per cõnexionẽ. ⁊ aĩa per ↄiunctionẽ ⁊ diuinitas per vnionẽ. Iſta .n. quatuor nõ poſſunt diuidi nec ab inuicẽ ſeparari. eodẽ modo dicendũ eſt de ſanguine. ¶ Preterea chriſt⁹ tot⁹ eſt in tota ſpẽ ſic ꝙ eſt in qualibet pte ei⁹ ſiue ſit integra illa ſpẽs ſiue diuiſa. ac per hoc nõ eſt ibi vt circum

c Irca euchariſtiã v̓ba ſũt. ale. in. vj. cõpẽ. origi.

¶ Quoddã ẽ ſacr̃ȝ tm̃ vñ nota ꝙ in iſto ſacr̃o tria ↄtinẽt forma viſibilis panis ⁊ vini. v̓itas corporis ⁊ ſanguinis xp̄i ⁊ v̓tus ſpũalis. i. virtus vnitat̃ ⁊ charitatiſ. i. eterna ↄiũctio ⁊ dilectio xp̄i ad eccleſiã. xxj. di. §. j. ibi rogaui p te petre ne deficiat. ⁊c̃ p̃mũ ẽ ſacr̃m tm̃: ⁊ nõ res ſacr̃i. ſcd̃ȝ ẽ ſacr̃m ⁊ res ſacramẽti. iij. ẽ res ſacr̃i tm̃ ⁊ nõ ſacr̃m. ⁊ hoc ẽ q̃d dicit̃ extra. de. cele. miſſa. cũ marthe. ibi. diſtiguẽdũ. ⁊c̃ ⁊ in decret̃. de. ↄ. di. ij. i gloſa. p̃mi. c. ⁊ hoc idẽ hẽt p mgr̃m ſniaꝝ. in. iiij. di. viij

¶ Sub vtraqȝ ſpecie totus xp̄s ẽ: vt in decretis d̓. cc. di. ij. nos aũt in ſpecie. ⁊ p mlta alia capi. vt ẽ. c. hoc ẽ q̃d dicim⁹. e. di. ⁊. i. c. panis ẽ i altari: ⁊ p mgr̃ȝ ſniaꝝ i. iiij. vide: ⁊ vide i. ca. firmiter credim⁹. de ſũma. tri. ⁊. fi. ca. §. vna v̓o ẽ fideliũ: ⁊ de hoc vide etiã in ſũma an. eucha. j. §. xiij. vbi repies declarationẽ toti⁹ hui⁹ capli. ⁊c̃. vide etiã. ca di. ij. oĩa quecũqȝ voluit. ¶ In q̃libȝ ei⁹ parte: vt in. c. vbi pars ẽ corporis. de. ↄſe. di. ij. et ea. di. accipite ⁊ comedite: ⁊ in multis alijs capitulis.

Oſtia. Ca. xix. ꝑ cuiꝰ de claratiõe mlta di cunt doctores ſancti quos velim videas.

Frãgit: vide prima corinthi. xj. c. ſup v̄bo. Accepit panē: ⁊ grãs agēs fregit ⁊ dixit. Jō ut ibidē dicit Nycholaus Fregit: nõ ante: quã verba ꝯſecratiõis ꝓferret: ſꝫ poſt: vnde cũ dicit. Fregit: anti cipãdo dicit: qꝛ cõſecrauit ut nos: nã ſacerdos nõ pro fert v̄ba cõſecratiõis in ꝑſo na ꝓpria: ſꝫ in perſona xp̄i: Mathei vero. xxvj. dicit. Accepit panē ⁊ bn̄dixit ⁊c̄. de qua bn̄dictiõe aplus mē tionē nõ fecit: qꝛ Matheꝰ per illã nihil aliud intelle xit quã ꝓlationē verboꝝ. ſ. hoc ē corpꝰ meũ. Sciēduꝫ etiã q̄ cum ſubdit. Fregit: nõ ē intelligēdũ q̄ corpus ſuũ fregit: qꝛ non ē in ſacr̄o frangibili modo: ſed fregit ſpēs panis remanētes. Hec Ny. de ly. vbi ſupra. Magiſter ſn̄iarũ cõcordat cum Ny. i. iiij. ſn̄iarũ. di. xij. cũ dicit. Sꝫ qꝛ corpꝰ xp̄i incor ruptibile ē: fractio illa ⁊ ꝑ titio nõ in ſubſtãtia corpo ris: ſꝫ i ip̄a forma panis ſa cramentalis fieri ſane dici põt. vn̄ ibi eſt v̄a fractio ⁊ ꝑ titio nõ i ſ̄ba corporis: ſꝫ in ſacramento. i. in ſpecie. vn̄ aplus ait. Panis quē frãgi mꝰ. qꝛ forma panis ibi frã git: ⁊ in ꝑtes diuidit. xp̄us v̄o integer manet: ⁊ totꝰ ē i ſingulis. Jtaq̄ꝫ intellige: ut idē dicit magr̄ in eodē li. ⁊. di. q̄ fractio ⁊ ꝑtes: q̄ ibi vidētur fieri i ſacr̄o fiũt. i. in ſpecie viſibili. Jō q̄ꝫ

ſcriptus vel occupans locuꝫ vel ha bens ſitũ vel ꝑceptibilis per aliquē ſenſũ corporeũ. Exēplũ huiꝰ habe mus in ſpeculo: q̄d ſi diuidat̄ in mul tas partes: in qualibet apparet ima go: q̄ priꝰ apparebat in ĩtegro. Jdē exemplũ habemꝰ de ſermõe: quem multis recito. qꝛ quilibet auditor re cipit illũ totũ. vn̄ quanuis ſermo ſit vnicus i proferēte: totꝰ tn̄ ē in quoli bet audiente. hec Alexander.

## Capi. decimũnonum.

### Quas ob rationes hoſtia in tres frangatur partes.

Hoſtia frangitur in tres partes ꝓpter multas rões. Primo ꝓpter tres ꝑſo nas diuinas in vna eſſētia. ſic per tres partes in diuiſione hoſtie: vnꝰ tn̄ eſt chriſtus. Secũdo ꝓpter tres ſtatus eccl̄ie ſcꝫ militãtiũ. triumphantium ⁊ in purgatorio. exiſtentiũ. Tertio ꝓpt̄ tres ſtatꝰ xp̄i in q̄bꝰ fuit ſcꝫ mor talis mortuꝰ: ⁊ imortalis Quarto ꝓ pter tres aptiões i corpore xp̄i tp̄e paſſiõis ſcꝫ manuũ. pedũ. ⁊ lateris. Quito ꝓpt̄ tres ſubſtãtias i xp̄o ſcꝫ diuinitatis aīe ⁊ corporiſ. Hec Ale xãder in. vj. ſui theologici cõpēdij.

## ¶ Capitulū vigeſimū.

¶ De defectibus ſiue caſib⁹ qui poſſunt accidere in celebratiōe miſſe.

SI in miſſe celebratione error acciderit vel ꝓpter ignorantiā vel negligētiā ſacerdotis: periculoſiſſimū eſt. Jō ibi: q² maius periculū vertit᷑ cauti⁹ ꝯſulendū eſt. Propterea q̄rit᷑ in primis: quid ſit faciēdū ſi ſacerdos miſſam quā incepit nō pōt ꝑficere? Solutio ſcd̄m decre. vij. q. j. c. illud. ⁊ c. nihil. xxiij. di. c. quorundā. ꝙ vnus ſacerdos poteſt ſupplere miſſā ꝑ aliū inceptam: ſi neceſſitas ineuitabilis emineat: ⁊ debet incipere vbi alter dimiſit. Si aūt dubitet᷑ vbi dimiſerit debet incipere a v̄bis effectiuis ꝯſecrationis corporis xp̄i: vł debet miſſa a capite inchoari ſm̄ inno. ⁊ c̄. Pro maiori declaratiōe hui⁹ dubij eſt diſtinguendū: q² aut ante ꝯſecrationem ꝯtingit ſacerdotē mori aut graui infirmitate detineri: ⁊ tūc nō oportet ꝙ ꝑ aliū ſacerdotē defectus ſuppleat᷑. Si vero ſacerdos talis patiens vel mortē vel grauē infirmitatē inceperit verba ꝯſecrationis vel totaliter illa verba canonis dixerit tūc debet alius ſacerdos ſe induere et incipere vbi ꝑmus dimiſit et ſup illa Berēgarij v̄ba q̄ cōtinent᷑ in. c. Ego berēgarius de. cō. di. ij. ita diſtiguēda ſūt: ut ſenſualiter nō modo ſacro: ſ; in v̄itate dicat᷑ corp⁹ xp̄i tractari manib⁹ ſacerdotū. frāgi v̄o ⁊ atteri dentib⁹ v̄e quidē ſ; in ſacro tm̄. vera ergo ē ibi attritio ⁊ ꝑtitio: ſ; in ſingulis ꝑtib⁹ tot⁹ xp̄s ē. Vn̄ hieronym⁹ in quodā ſmone. Singuli accipiūt xp̄m dn̄z: in ſingulis portiōib⁹ tot⁹ ē: nec ꝑ ſingulos minuit᷑: ſ; ītegrū ſe prebet ſingulis. Itē hylarius. vbi ꝑs ē corporis: ibi eſt ⁊ totū. ſic dicit magr̄ ſn̄iarū. De hac ꝑtitiōe vide ī manipulo curatoꝝ i. iij. ꝑte miſſe. ⁊ in Rationali. iiij. ꝑte. ꝑtica de fractiōe hoſtie: vbi reperies rōnes ſatis euidētes: q̄re in tres ꝑtes ꝑtiat᷑. Et de. cō. di. ij. Triforme. ⁊ etiā ī eodē Rōnali parte iiij. ſub. vj. ꝑticula canōis. in v̄bo. fregit: vbi plene de hoc agitur.

SI in miſſe: v̄ba hui⁹ primi īpedimēti ī textu poſiti ſūt originaliter et ad lr̄az ſūpta ex gloſa floreti maioris tractādo de īpedimētis q̄ ī miſſa poſſūt accidere. poteris videre d̄ hoc ī Rōnali ꝑte. iiij. ſub. vj. ꝑticula Canonis. v̄bo. hoc ē corp⁹ meū. ⁊ ī eodē Rōna. eadē. iiij. ꝑte ſub. vij. ꝑticula Canonis. ſup v̄bo. Noui ⁊ eterni. ad finem. Ideo ibi vide: et in his que ibidem notata ſunt.

plere qđ mãſit ſupplēdū: ⁊ ſacramētū recipere. Inno. ter
tiꝰ dixit ꝙ meliꝰ ē hoſtiā cōſecratā reſeruare ⁊ ſup aliā ho
ſtiā miſſaʒ a capite inchoare per aliū ſacerdotē. Et ſcđm
Innocē. oblatio primi ſacerdotis ſtudioſiſſime recōdat̄.
Super iſtis impedimētis paucis ſub verbis diſtinguēdū
ē: qꝛ aut ante cōſecrationē venit impedimētuʒ: ⁊ tūc non
oportet ꝙ ſuppleat̄ per aliū ſacerdoteʒ. Si vero fuerit in
cōſecratiōe: alius ſacerdos dʒ ſupplere: ⁊ incipere vbi pri
mus dimiſit. Et ſi dubitet̄ vbi primus dimiſerit: debet in
cipere a verbis cōſecratiōis. Si vero primus ſacerdos di
xerit verba effectiua cōſecratiōis ſuper panē ⁊ non ſuper
vinū. Alius ſacerdos debet dicere verba effectiua ꝯſecra
tiōis ſup vinū: ⁊ corpꝰ ⁊ ſanguinē recipere ſcđm ꝯciliū la
teranē. Inno. tertiꝰ dixit ꝙ illa hoſtia ꝯſecrata dʒ reſerua-
ri ⁊ dʒ alia hoſtia ſumi ⁊ ꝯſecrari. Si vero primꝰ ſacerdos
ꝑceperit corpus ⁊ nō ſanguinē: alius ſacerdos debet per
cipere ſanguinem. vij. q. j. c. illud. ⁊. xxiij. di. c. quorundam.
¶ Quid fiēdū ſi per negligētiā euenerit ꝙ ꝑfecto canone
nec vinum nec aqua reperiat̄ in calice? Rñde ẜm rōnale.
ꝑte. iiij. ſub. vj. ꝑticula canonis. ſup verbo. hoc ē corpꝰ. ꝙ
ſi hoc ſtudioſe factū ē cauſa introducēdi hereſim: ꝙ nō eſt
ſacramētū corporis. Si vero per obliuionē vł negligētiā:
nihilominus facta ē ꝯſecratio corporis: ut habet̄. de. con.
di. iiij. retulerūt. Tūc vinū ⁊ aqua apponi debēt ẜm Ale.
đ alis. li. vj. ſūme theologice veritatis. c. ix. ⁊ ẜm idē Rōna-
le vbi ſupra ⁊ ſup illud ſolū verba ad cōſecrādū ſanguinē
ſacerdos repetet ab illo loco. Simili modo ⁊c. vſqʒ in fi-
nē. ita tñ ut dimittat duas cruces q̄ fiūt ſigillatiʒ ſeu ſingu
lariter ſup hoſtiā. Uel pōt dici ẜm Ale. vbi ſupra ꝙ aliaʒ
hoſtiā ſumat ⁊ canonē a principio incipiat. ꝙ ſi de ſimpli
ci vino vel aqua fiat ꝯſecratio: vinū reputabit̄ pro ſacro.
ſʒ aqua nō. hec ille Ale. ad litterā. Alij dicūt ꝙ vino appo

ſtro in calice panē ↄſecratū dꝫ īmittere ſic ꝙ abſqꝫ aliqua repetitiōe dꝫ ſumere ſacrificiū: ſicut fit in die paraſceue. Alijs videt̄ ꝙ nō dꝫ vinū apponi ne ſcādalū generet̄. Sꝫ qō p̄mi dicūt. ſ. ꝙ vinū apponat̄ ⁊ verba ad ↄſecrādū ſanguinē repetere debeat ſacerdos. ab illo loco. Simili modo ⁊c. veriꝰ ē. nā vtiliꝰ ſcādalū naſci p̄mittit̄ quā veritas requirat̄. extra de. re. iu. qui ſcādalizauerit. Si. n. hec veritas p̄termittat̄. ſ. ꝙ vinū non apponat̄: non pōt vere dici hoc ſacr̄m cōmixtiō corporis ⁊ ſanguīs: nec corpꝰ xp̄i ſine ſanguīe ſumi dꝫ. de. cō. di. ij. cōperimꝰ: vel hoſtia ſeruet̄: ⁊ ſup̄ alijs ſpeciebꝰ: canō repetat̄: ut premiſſuꝫ ē. Veruntamē ſi ſacerdoſ aqua guſtata ieiuniū ſoluerit: illa die nō iteret ſacr̄m. Si aūt ante verba trāſſubſtātiatiōis. ſ. hic ē calix ⁊c. Aduerterit vinū forte p̄termiſſum vel etiā vtrūqꝫ ſcꝫ vinū ⁊ aquā: tūc illla apponat in calice: ⁊ in ↄſecratione p̄cedat reincipiēs ab illo loco. Hāc igit̄ oblationē ⁊c. Si vͦo vinū ſine aqua apponat̄: nō iō minꝰ ē ſacramētuꝫ: ut dicit̄ in Rōnali. p̄te. iiij. ſub ſeptima particula canonis ſup̄ v̄bo noui ⁊ eterni teſtamēti. De hac materia breuiꝰ ⁊ cōpendioſius agit̄ in ſūma angelica. Miſſa. §. xiiij. vbi dicit̄. ꝙ ſi ſacerdos dicēdo miſſam p̄pēdit nō fuiſſe debitā materiā miniſtrataꝫ: ꝙ ſiue defectꝰ ſit in hoſtia: ſiue ī vino ⁊ aduertit anteꝙ conſecrationis canonē inceperit: ꝙ tūc accipiet aliam hoſtiam: ſi defectus eſt in hoſtia: vel vinū ſi eſt in vino. Et reincipiet ſi eſt in hoſtia defectus: ab illa oratiōe. Suſcipe ſancte pater. qua dicta: omiſſis alijs: dicet. Veni ſanctificator ⁊c. Et ſic oībus alijs omiſſis: proſequat̄ vbi erat qn̄ aduertit. Si vero defectꝰ fuit in vino: incipiet ab illa oratiōe. Deus qui humane: cū oratione. Offerimus ⁊c. Et alia. Veni ſanctificator ⁊c. Et alijs dimiſſis p̄ſequat̄ vbi dimiſerat. Si iā conſecrauerat ⁊ poſt

conſecrationem deprehendit quia defectꝰ erat in vino debito ſic accepto cũ aqua ſolũ: incipiet ab illa oratione. Simili modo uſqꝫ ad orationẽ. vnde ⁊ memores: ⁊ alijs omiſſis ꝑſequatur vbi dimiſit. Si vero defectus erat in hoſtia ⁊ iam cõſecrauerat vinũ ſic accepta alia hoſtia incipiet ab illa orone. Qui pridie ⁊ loco illius relatiui: qui dicet Dñs noſter ieſus xp̄s pridie quã pateret̃. ⁊c̃. Uſqꝫ ad oronem. Simili modo: ⁊ omnibꝰ alijs omiſſis: proſequatur vbi dimiſit. Et notãter ſic dixi quia ſi ſolũ diceret. Hoc eſt corpꝰ meũ: nõ ꝯſecraret ſcđꝫ. ſco. ⁊ landul. in. iiij. di. viij. q. iij. quia oro illđ ſignificat qđ exprimit̃ verbo. nõ qđ eſt in intentione ꝑferentis. Et ideo ſi nulla fieret mentio de chriſto: intelligerentur illa verba de corpore ſacerdotis vel ſanguine: non de chriſto: et ſic non conſecraret. hec in dicta ſumma angelica. loco quo ſupra. Sed ſi aqua non fuit appoſita in calice: dicit Guido de monte roherij in ſuo manipulo curatorum tractando de miſſa capitulo. xj. de defectibꝰ qui poſſunt occurrere in miſſa. ꝙ ſi ſacerdos percipit illud ante conſecrationem ſanguinis: debet ponere aquam in calice et ſic conſecrare. Si autem percipit poſt conſecrationem ſanguinis debet confiteri et conteri de negligentia et procedere in miſſa. quia vinum eſt propria materia huius ſacramenti et non aqua. debet tamen admiſceri ex quadam congruitate. Si vero aqua ſola reperiatur in calice debet deponi: et vinum cum aqua apponi: et verba conſecrationis dici. quia nõ eſt ſimile de aqua ſicut de vino. Tamen hic cadit diſtinctio. quia aut ſacerdos aduertit ante quam ſumat corpus: aut poſt. Si ante debet immiſcere vinum cum aqua in calice: et incipere ab illa parte Simili modo poſtquã cenatũ eſt. ⁊c̃. Et proſequi totum officiũ vſqꝫ ad finẽ. Si vero poſt ſũptionez corporis ſacerdos aduertat illum defectũ: debet

*ſcilicet q rein cipiat a locis pre allegatis*

miniſtrare vnā hoſtiā non conſecratā:ꝛ ponere vinū cum
aqua in calice:ꝛ incipere ab illo loco. Cōmunicantes:Et
perficere miniſteriū ſuū.Et ſi ſacerdos nō perceperit illū
defectū donec deglutierit aquā:que erat in calice:credēs
ibi eſſe appoſitā debitā materiā:quid fiēdū: quia ſic ſacer
dos nō cenſet̃ ieiun⁹. Solutio.qn̄ circa vnā materiā ſunt
duo p̄cepta:forti⁹ magis obligat.modo circa miſſe cele-
brationē ſunt duo p̄cepta.vnū ſcȝ ꝙ miſſa dicat̃ a ieiuno.
aliud ꝙ ſacr̄m integrū perficiat̃ : ꝛ ꝙ celebrās conſecret
ſub vtraqȝ ſpē ſcȝ panis ꝛ vini. Cōſtat autē ꝙ preceptū
de integritate ſacri fortius eſt quā preceptū ſcȝ ꝙ ſūmat̃
a ieiuno ſcd̄m rationale compen.ſeptē ſacramentoꝝ. Jta
qȝ quantūcūqȝ ſacerdos ſic ſumpſerit aquā ꝛ nō ſit ieiun⁹
tamē debet facere ſicut dictū eſt ſupra ſcȝ ꝙ habeat hoſti
am nō cōſecratam. vinū ꝛ aquā. et reincipiat a principio
canonis vel illo loco. Cōmunicantes.ꝛc̄. Et ſic totū ꝓſe
quatur vſqȝ ad finē. ¶ Hinc ſuboriri pōt alia queſtio ſcȝ
quid fiendū ſi ſacerdos poſt ꝯſecrationē recordatur ſe co
mediſſe vel bibiſſe.Solutio.non debet pro tanto preter-
mittere ſacramentum : ſed debet euchariſtiā ſummere et
miſſam perficere. ¶ Jtem ſi ſacerdos fuerit indut⁹ ꝛ po-
ſtea recordat⁹:ſe excōmunicationi ſubiacere : vel in mor-
tali eſſe pctō:debet perficere miſſam ꝛ cōteri cū ꝓpoſito
petendi abſolutionē ꝛ ꝯfitendi et emendandi quā citius
poterit. qm̄ nullo modo licet ſacramentū imperfectū re-
linquere: vt dicitur. vij.q.j.nihil cōtra ordinis.ꝛc. quia ſp
accipiendū eſt illud in quo min⁹ de periculo eſt. vnde pa
tet minus periculi eſſe qd̄ pertinet ad diſpoſitionē mini-
ſtri:quā relinquere id qd̄ pertinet ad perfectionem ſacra
menti. faciunt ad hoc verba illius Decreti. Null⁹ abſqȝ
patenti prouentu moleſtie miniſter vel ſacerdos cum ce
perit officia p̄ſumat imperfecta relinquere.Si quis autē

hoc temerarie preſumpſerit excoïcatiõis ſñiam ſuſtinebit.
Et attẽde pleni⁹ q2 ſi preſbyter indutus recolit ſe de ali-
quo mortali: vel de excoïcatiõe: vel ſe comediſſe: vel bibiſ
ſe: vł de aliqua irregularitate: aut tenet̃ celebrare: aut nõ
Si teneẗ: ꝛ hẽt copiã cõfeſſoris: tenet̃ cõfiteri. Si vo non
hẽt copiã cõfeſſoris: cõterat̃ cũ ꝓpoſito cõfitẽdi. ꝛ ſufficit
nec peccat ſi cũ verecũdia accedit: ut dicit̃ in ſũma angeli
ca. eucharistia. ij. §. v. vbi lati⁹ de hoc. Si vo nõ tenet̃ cele
brare: tũc nõ dz celebrare niſi prius ꝯterat̃ ꝛ cõfiteat̃: q2
ad hoc tenet̃ ẜm. S. bonãvẽturã. in. iiij. di. xiij. ꝛ glo. in. c.
de hoïe. de. cele. miſſaꝝ. ꝛ alia glo. in. c. nihil. vij. q. j. ar. de.
ſen. ex. c. De cetero. ꝛ. xxvj. q. vj. qui recedũt. Et hoc idez
tenet dñs Anto. in. d. c. de hoïe. Sed alij tenẽt ꝯtrariũ: q2
ſufficit ꝯfiteat̃ ſemel in ãno. Et Pa. in. d. c. de hoïe: dicit
eſſe veri⁹: licet pmũ tuti⁹. Sz tu dic ẜm comunẽ opinionẽ
theologoꝝ ꝙ pmũ veri⁹. Sz ſi ĩminet ſcãdaluz vel pſone
vel ppli niſi celebret: vel q2 iam incepit miſſaz: ſic ſufficit
ꝯtritio: ꝛ põt ꝛ dz celebrare ẜm Ricar. in. iiij. di. ix. ar. c. d
cetero. ꝛ. c. a nobis. el. ij. de. ſen. ex. ꝛ. c. qui recedũt. xxvj. q.
vj. vide in manipulo de iſta materia. ꝛ dicta in ſũma. vbi
ſup̃. §. vj. vbi notat̃ diligẽter: ꝙ ſi ſacerdos meminit poſt
ꝯſecratiõez inceptã ſe comediſſe vel bibiſſe vel ſe eſſe ex-
cõmunicatũ vel in mortali cũ ꝯtritiõe tñ debita: dz ꝑfice-
re ſacr̃m: ꝛ ſic nõ peccat ſed fructuoſe ſumit. ꝛ in hoc con-
cordãt cõmuniter doctores: q2 nõ videt̃ ibi cõtẽptus. Sz
idem. Tho. in. iij. q. lxxxiij. tenet ꝙ tutius ẽ dimittere miſ
ſam inceptã ſi meminit ante conſecrationẽ: niſi ſcãdalum
graue ĩmineret: q2 ſi ĩminet ſufficit ꝙ doleat ꝛ peniteat ꝛ
cõterat̃ cum propoſito ꝙ̃ citius poterit cõfitendi. q2 con-
tritio totũ ſupplet. Idẽ dicerẽ etiã qñ nõ incepit ſi nõ põt
deſiſtere ſine ſcãdalo: nec in hoc caſu incurrit irregularita

tem.ar.c.clerici.⁊.c.latores. ⁊.c.fraternitati. q̄ requirunt temeritatē.de clerico.exco.mi.per totuꝫ. Nec obſtat.c.apoſtolice.eo.ti. quia ibi ſunt in culpa nō intelligēdo quod debēt.Sꝫ hic ē iſte talis ſacerdos in neceſſitate. ¶ Hinc per conſequens colligit ꝙ ſacerdos parrochialis qui nō habet aliū ſacerdotem: ⁊ religioſus in via cum ſocio non ſacerdote poſſunt celebrare cum contritiōe ⁊ cum propoſito confitendi:quia religioſus nō poteſt extra ſuum ordinem confiteri in religione minoruꝫ. Quod limitatur verum in dicta ſumma. Euchariſtia.ij.§.xxiiij.quando ſine admiratione aliorum deſiſtere non poteſt: aut quia tenetur celebrare. Idem dicas de eo qui volens cōmunicare coram ſacerdote celebrante recolit aliquod mortale non confeſſum legitime:ꝙ poteſt cōmunicare cum cōtritione ⁊ propoſito confitendi:quādo ſine admiratione ⁊ aliquali nota non poſſet deſiſtere quin cōmunicaret : nec habet aut tēpus:aut ſacerdotem: cum quo cōfiteri poſſit. ¶ Ex dictis etiam recte infertur ꝙ exiſtens in peccato mortali videndo corpus xpi non peccat: dūmodo cum humilitate ⁊ reuerentia videat. Similiter non peccat tangens ex neceſſitate:puta: quia cecidit in terraꝫ ⁊ huiuſmodi ſcdꝫ. S.Bonam vēturam.⁊.S.Thomam in.iiij.di.ix. ¶ Querit preterea vtrū exiſtens in mortali:vel pollutus nocturna pollutione licite celebret? Reſpōde ꝙ ſuſcipiens cum conſciētia peccati mortalis peccat mortaliter: Sed ſi conſciētiā nō hēt de mortali:licet ſit in pctō mortali:non peccat mortaliter:niſi ſit ignorātia craſſa: vł affectata : qꝛ debitā diligentiā de cōmiſſis non adhibuit. Landul.in.iiij. di.ix.dicit ꝙ diligētia debita ē:quādo facit illa q̄ prudens facit de re quā vellet ſtudioſiſſime examinare.Et Sco.in. iiij.di.ix.dicit ꝙ tenet quis ſe examinare ſm diligētiā nře

fragilitati poſſibile̅. Addit tn̄ aureolus theologꝰ ordinis
minoꝝ ꝙ qn̄ quis dolet de p̄teritis peccatis mortalibꝰ cõ
miſſis: ⁊ habet ꝑpoſitū nõ peccãdi: ⁊ deuotione̅ ad sacr̄m
ꝙ põt ſumere ⁊ ꝙ nõ ſit in mortali. Sed quid de illo qui
habet ſcrupuloſã ꝯſcientiã ⁊ nõ ſit vere in pctõ mortali:
tn̄ exiſtimat ſe eē? Rñdẽ ꝙ peccatᵘ mortaliter: niſi eã depo
nat: qꝛ q̇cquid fit ꝯtra ꝯſcientiã edificat ad gehẽnã. vnde
niſi ſit ex probabili ꝯiectura debet poni vt in. c. inquiſitio
ni. de ſen. exco. qꝛ vt dicitᵘ in. c. nõ ſolū. de regula. li. vj. De
cet ⁊ expedit vt ꝯſcientie puritati nõ deſit iudiciū ratiõis
ne dū ſpũalis ꝑfectus queritᵘ ſalutis diſpendiū incurratᵘ.
¶ Erga nocturnã pollutione̅ nota: vt colligitᵘ ex ſctõ bona
ventura in. iiij. di. xij. ⁊ ex petro aureolo in. iiij. di. ix. q. ij. ⁊
eſt cõmunis opinio: qꝛ aut pollutio ꝓuenit ex cauſa pcti
mortalis certa vel ꝓbabili: puta ex crapula vl' moroſa co
gitatiõe ⁊ huiuſmodi. Et ſic neceſſario tenetᵘ abſtinere: a
liter peccaret mortaliter: ut colligitᵘ i. c. nõ ē. vj. di. ⁊ ē. ar.
in. c. quiſquis. xiiij. q. j. qꝛ licet ipa pollutio ſcd̃m ſe nõ poſ
ſit eſſe pctm̄ mortale: hẽt tn̄ pctm̄ mortale ãnexū rõne ſue
cauſe. Iſtud limitatᵘ verū: niſi priuſꝙ ſūmat aut celebret
cõteratᵘ de pctõ ⁊ cõfiteatᵘ. quia ſi cõteritᵘ ⁊ cõfeſſus eſt de
pctõ: ⁊ neceſſitas vel ſcãdalū cogat ad celebrãdū vel ſū-
me̅dū: nõ peccabit. Sine neceſſitate tn̄ dicit frater Ange
lus in ſumma ꝙ nõ credit ꝙ etiã cõfeſſus poſſit ſine pctõ
ſūmere vel celebrare: ſꝫ bene ſine mortali pctõ ſcd̃m Jo.
d̓ Saxonia. in ſūma. ⁊ Petrū de Palude. in. iiij. Aut pol
lutio prouenit a cauſa q̄ ē pctm̄ veniale tn̄ probabiliter: ⁊
ſic nõ impedit neceſſario ſed de cõgruo: niſi potior cauſa
vrgeat ſcd̓ꝫ. Ricar. in. iiij. ⁊ ſcd̓ꝫ. Tho. in. iij. parte. q. lxxx.
peccat tn̄ venialiter ſi ſine cauſa neceſſaria cõmunicet vl'
celebret niſi in duobꝰ caſibus ſcd̃m p̄dictū Jo. Primꝰ qn̄
eſt dies feſtꝰ: in quo ē cõſuetū cõmunicare. Secundus qn̄

imminere ſcandalū niſi celebraret. puta qꝛ alius nō eſt:
vel eſt ꝑlatus: qui cōſueuit celebrare. ⁊ huiuſmōi. Simi-
liter dico de illa que ꝓuenit ex illuſione diabolica Et hoc
propter duo. Primo ꝓpter imundiciā corporis. ſcd͛z pro
pter euagationē mētis ſiue ineptitudinē. Idē dic quādo
prouenit ex cauſa que nullū eſt peccatū: ꝙ de cōgruo de
bet abſtinere. in hoc caſu. S. bona ventura vbi ſupra di-
ſtinguit ⁊ bene dicēs. ꝙ aut ſentit inquinationē illā incli-
naſſe multū aīam: ⁊ ſic de ꝯſilio tenet͛ ꝙ faciat reuerētiā
ſacr̄o ⁊ abſtineat. Si aūt ſentiat magis expeditā naturā
⁊ vlteri⁹ deuotio vel ſolēnitas vel aliud qđ multū recom
pēſet. puta charitas alteri⁹: vel ꝯpaſſio aīaꝝ ⁊ huiuſmōi
ſti in aliq̃d graue pctm̃ ꝑ te dudũ pa
tratuꝫ. Tres circũſtantes dicas pctã
grauãtes. Saltẽ mutantes crimẽqꝫ
nouũ generãtes Sed ante oĩa cũ do
lore te accuſabis: ꝙ nõ fueris q̃ntuꝫ
oportebat pctã tua premeditat⁹: et
ꝙ ſero magis quã decet venis ad pe
nitẽtiã ꝛ cõfeſſionẽ. ꝛ ꝙ nõ portas ꝑ
fecte illas tres integrales pñie par
tes ſcꝫ. ꝯtritionẽ. ꝯfeſſiõeꝫ. ꝛ ſatiſfa
ctionẽ. ꝓpter qd̃ maximũ debes hẽ
re dolorẽ: qꝛ magis nõ doles d̃ pctis

## ❡ Capitulũ. xxxj.

❡ De circũſtãtijs viciũ grauantib⁹

Peccata aggrauan-
tur circũſtãtijs his
q̃ ſequunt̃ Dignus.
ſtatus. recidiuatio
cõditio. numer⁹. lo
cus. ordo. ſciẽtia. tẽ
pus. copia. cauſa. mora. mod⁹. etas.
lucta. puſilla. Augu. de peni. di. v. de

q̃ nihil faciũt ad grauitatẽ
pcti: nõ eſt opus: ꝯfiteri: ni
ſi ſm ſanctũ bonavẽ. qñ fa
ceret vt ſatiſfaceret ſacerdo
ti. puta cõmedit carnes in.
xl. ex ĩfirmitate ꝛ huiuſmõi
Attẽde ꝙ i circũſtãtijs car
nis nõ ẽ deſcendẽdũ nimiſ
ad pticularia. qꝛ ſiquis di-
cit ſe cognouiſſe vxorẽ ex-
tra vas debitũ nõ eſt q̃rẽdũ
in quo loco qꝛ iaꝫ habet vl
timam ſpeciem peccati.

❡ Mutãtes crimẽ. ſcꝫ quo
ad ſpeciem eius.

❡ Crimẽ nouũ ge-
nerãtes. qꝛ ſiquis cõmittit
in ecclia adulteriũ: vltra id
cõmittit ſacrilegium: ꝛ ſic
de alijs.

p Ctã. ꝛc̃. ponũtur i ꝑ
ma pte capi. dictiões
d̃notãtes circũſtãtias q̃ aggrauãt viciũ. Deide. Ñ. ex qb⁹
colligũt̃ circũſtãtie. Quõ
itelligãt̃ oĩa dicamus.

❡ Dign⁹. i. dignitas peccãtis. ſtat⁹. i
ꝯditio nobilitatis vl plebeitatis

❡ Recidiuatio. i. caſus ſre
quẽs. l. iterat⁹: qꝛ grauius ẽ fre
quẽt̃ relabi i pctm̃ q̃ꝫ ſi ſe-
mel cõmiſiſſet. ❡ Cõditio.
plebeitatis vel nobilitatis.

❡ Numer⁹ cõmiſſiõis qꝛ pluries.
ſic peccauit ❡ Locus ſacer
vel pfan⁹ i quo ſic peccauit
pluries.

❡ Ordo cũ quis peccat die ſolẽni vl pe
nitẽtiali. Aut ſi eſt ordina-
tus vel nõ. ❡ Sciẽtia. i. cũ qs ſciẽs eſt nã talis graui⁹ peccat.

circũſtantijs dat vſus ſequẽtes ꝛ ſumuntur ab Ariſtotele.iij. ethicoꝝ.c.iij.ꝛ ponunt ꝑ Pe.de palude in.iiij di.xvj.et ſunt hi. Quis:quid:vbi per quos.Cur:quoties:quomodo:qñ.ꝛ ſcd̃z Raymundũ addit quib⁹ auxilijs:Sed ipſe dicit per quos.interrogabit itaqz ſacerdos de circũſtãtijs que aggrauãt vel alleuiãt.vñ innoc. in.c.omnis de peni.ꝛ remiſſio.dicit Sit diſcretus ſacerdos ꝛ cautus: vt more periti medici ſupinfundat vinum ꝛ oleũ vulneribus ſauciati diligenter inquirẽs pctã ꝛ eoꝝ circũſtãtias quib⁹ diligẽter ꝛ prudẽter inq̃ſitis: intelligat q̃le ei debeat p̄bere ↄſiliuz ꝛ cuiuſmodi remediũ debeat adhibere:diuerſis vtẽdo experimentis ad ſanandũ egrotũ.hec ibi. Ad illud facit qđ dicit Auguſtin⁹ de circũſtantijs pctoꝝ.de.pe.di.c.ↄſideret q̃litatẽ criminis in loco.in tp̃e.in pſeuerantia.in pſone varietate.q̃li hoc fecerit intẽtione ꝛ ipſius vicij multiplici executione.oĩs iſta varietas ↄfitenda eſt ꝛ dicenda.

## Capitulum.xxxij.

Quod pctõr poſt oĩuz delictoꝝ ſuorũ manifeſtatiões generalẽ clauſulam addat de oĩbus alijs pctĩs.deinde ſequat̃ iniũctio pñie ꝛ abſolutio.

Tẽp⁹ ſolẽnitatis. vt feriaꝝ. ſiue vigiliaruz ecclie. Copia.i. multitudo pluriũ pctõꝝ.qñ plurimum peccat.

Cauſa qñ ſine occaſione vel tentatione.

Mora idest qñ diu mãſit i pctõ vel ſi appetiuit morari diutius in voluptate peccati.

Mod⁹ peccãdi. vt naturalr vel contra naturam.

Etas qñ quiſ hẽt etate diſcretionis ſeu plenũ animi iudicium. q2 tũc grauius eſt peccatũ.

Lucta .i. pugna reſiſtẽdi vel nõ: vt qñ qs nõ reſiſtit:ſz ſtatiz ↄſẽtit dlectatiõi ꝛ tẽtatiõi.

Puſilla qñ qs ẽ debili ad reſiſtẽdũ forte ex culpa ei⁹. velut i ppt lõgã peccãdi cõſuetudinẽ ꝛ carnis fragilitatẽ

Nũc dicam⁹ quõ itelligũt̃ v̾. Quis quid.ꝛc. vñ.

Quis p varietate pſonaꝝ:ꝛ ſtat⁹: ſapientie: etatis ꝛ ordinis. ꝛ ſic g̾uiſſimũ pctĩ fuit ade: q2 q̃nto grad⁹ altior tãto caſus g̾uior:ꝛ ĩgtitudo maior

Quid vtruz cõmiſit furtũ. adulteriũ fornicationẽ ſtuprũ. homicidiũ vel ſacrilegiũ. vtrũ mortale: vel veniale:an occultũ vl̾ manifeſtũ. antiquũ vel nouũ ꝛ cõſimilia: ꝛ in quo loco. ꝛ an ſolus vel cũ alijs.ꝛc.

Ubi.ſ.in quo loco.q2 in loco ſacro graui⁹ peccatur.

Per quos.ſ.an ſui⁹ vl̾ aſſociat⁹ ꝑ ſe an ꝑ aliũ. vl̾ ſi traxit illos ad peccãdũ:qđ

PEtrus ꝺ palude dicit in.iiij.ꝙ homini expedit in omni cõfeſſiõe ſacramẽtali poſt oĩa ſua peccata ſpecialr̃ enumerata gñalem clauſulã addere: de omnib⁹ alijs mortalib⁹ ⁊ venialib⁹ cõfeſſis ⁊ nõ cõfeſſis ac oblitis ſuã culpam dicendo. ⁊ hoc ideo. q: ignorat vtrũ vnq̃ fecerit vnã ꝑfectam ꝯfeſſionẽ. Deinde ſacerdos iniungat ei pñiaȝ ſalutarẽ manifeſtãs ei: quãta merebat̃ pro cõmiſſis. ⁊ poſtea euȝ abſoluat: ſi nõ habet caſus ſuperiori reſeruatos. ⁊ ſi habet: abſoluat eum ab illis quib⁹ põt: ⁊ pro alijs mittat eũ ad ſuperiorẽ: vt ſupra iã dictũ eſt. Et talis clauſula gñalis nõ dimittatur. q: ſic valebit ad remiſſionẽ culpe ⁊ pene etiam mortalis ⁊ ſcite ac etiã oblite: ſm fratrẽ Antoniũ archiepiſcopũ florentinũ in ſuo defecerũt ad quã tñ nõ tenebat̃ alias ĩ ſpeciali ꝯfiteri iteꝝ. q: ſ. ſufficiẽter ꝯfeſſus ẽ.

## ¶ Capitulum.xxxiij.

¶ Qđ cõtraria pñia debeat imponi delictis ⁊ occultis nõ publica. ⁊ ꝙ ẽ arbitraria. ⁊ documentum ad imponendum penitentiam.

ẽ ꝓpriũ diaboli: vl̃ quos poſuit mediatores ad malũ ꝑpetrãdũ: q: pctõꝝ illoꝝ eſt particeps: vel cũ quib⁹: ꝑ quibus et contra quos.

¶ Cur. ſ. quo aio qua intentiõe: an ex infirmitate: vel ignorantia vel elatiõe: vel qli intẽtione fecerit. q: mortalia peccata trahũt ſpeciem a fine. ideo hoc diligẽter ẽ explicãdũ. Qui.n. furat̃: vt mechet̃: magis dicẽd⁹ ẽ mechus q̃ fur: ⁊ tñ vnũ pctm̃ ẽ ĩ vno actu ſȝ hñs plres ꝺformitates

¶ Quotiẽs ſ. ſemel vl̃ pluries.

¶ Quõ an naťalr vl̃ ꝯtra nãȝ. an puẽt⁹ a tẽtatiõe: aut poti⁹ ipã ꝑueniẽſ

¶ Qñ. ſ. an in die feſto vel ieiuniorũ: ⁊ de pſeuerãtia in pctõ. De materia circũſtãtiaꝝ vide ĩ angelica. vbi agit̃ de titulo circũſtãtia. ⁊ ĩ eadẽ vbi de ꝯfeſſiõe ſacramẽtali. §. xxiij ⁊ ĩ defecerũt ſumma breui archiepi florẽtini. iij. pte. ꝺ bonitate ꝯfeſſoris. c. de circũſtãtijs pctõꝝ. ⁊ ĩ Mani. vbi de ꝯfeſſiõe. c. de qb⁹ debet fieri ꝯfeſſio. ⁊ de peni. di. v. ⁊ theologos in. iiij. ſniaꝝ. vbi ad lõgũ poteris videre: cũ notatis ibidẽ.

P. de pal. ĩ. iiij

ꝑ fr antoni⁹ archiep⁹ florẽtin⁹. iij. pte. de bonitate ꝯfeſſoris. c. de forma ṽboꝝ abſoluẽdi penitẽtẽ. ¶ Raymũ. ĩ ſua ſũma Archiepus ĩ ſuo defecerũt iij. pte. ꝺ bonitate ꝯfeſſoris.

i MPonēda
eſt penitētia ꝯtra
ria: vt luxurioſo
⁊ guloſo abſtinētia: ⁊ ſic de
alijs. Dic q̄ verū eſt nō de
neceſſario: vel etiā de con
gruo in ſpeciali: ſed de con
gruo generaliter: vt dicit
Scot⁹ in. iiij. di. xv. q. j. nā
ſepe cōtingere poteſt q̄ ali
quis peccet peccato ſuper
bie: auaritie: luxurie ⁊ gule
cui de ꝯgruo deberet cor
reſpōdere ſuū cōtrariū. Sȝ
propter aliq̄ȝ rationabilem
cauſam nō poteſt penitens
cōplere: tūc diſcret⁹ cōfeſſor
imponet aliā penitētiā quā
penitēs libentius acceptet
⁊ cōplere poſſit.

IMPonēda ē pñia
ad malum ꝯtraria:
qđ penitēs cōmiſit
ſm̄ Raymundū et
Archiepiſcopū flo
rentinū et omnes
doctores theologos ⁊ canoniſtas:
poſtq̄ȝ increpauerit ſacerdos peni=
tentē correxerit ⁊ dulciter admonue
rit abſtinere a ſocietatibus ⁊ cauſis
pctōꝝ. Nō tñ exigat iuramētum niſi
ſolū de his in q̄bus ſic iura diſponūt
vt in excoicatione ⁊ huiuſmōi: teſtę
fratre Angelo in fine interrogatio=
num: quas in ſua ſumma annotauit.
¶ Imponet itaqȝ ſacerdos pñiam
talē qualē poſſit penitēs ĩplere ſta=
tim ante recidiuationē pro ſacramē
tali dicēte ipō frē Angelo vbi hic ſu
pra notaṫ. ⁊ poſtea aliā quā videat
q̄ pctōr veriſimiliter faciet. q̄ ſi cre
dit veriſimil'r q̄ nō implebit: tūc nō
imponat: niſi leuē ⁊ quā credit illum
adimplere. quia imponere quā cre=
dit nō eſſe ad implendā: poti⁹ eſt il=
laqueare quā ſoluere. ⁊ eſt bonū no=
tificare penitēti pñiaȝ quā meretur:
vt ſic magis timeat. ¶ Itaqȝ his cō
ſideratis: ſuperbo opera humilia in=
iunganṫ. guloſo ieiunium. auaro ele
moſyne. luxurioſo maceratio. inuido
tūſio. irato ire remiſſio. accidioſo of=

ficioꝝ ⁊ ſermonũ auditiones ⁊ pere
grinationes. qꝛ ꝯtraria cõtrarijs cu
rantur. Q̄ð intellige ſi creditur illuȝ
velle: et poſſe perficere hoc enim eſt
ad bene eſſe imponere magis iſtam
quã illã. Debet tñ cauere ꝯfeſſoꝛ ne
det talẽ pñiam per quã fiat alteri ꝓ
iudiciũ: puta ſi ſeruo iniungať lõga
peregrinatio: vel ieiuniũ ꝓlixum: ita
ꝙ eius dñs reciperet detrimentũ de
ſeruicio ſuo. Si etiã iponeret vxoꝛi
vt daret multas elemoſynaſ qð fieri
nõ debet: ſi ipſa aliquã ꝓpꝛietatem
nõ habeat aut ꝯſenſuȝ viri. Pꝛo pec
cato occulto nõ debet dari manife-
ſta pñia: talis vt poſſit inde oꝛiri ali
qua ſuſpicio peccati cõmiſſi: vt dici-
tur in. iij. parte defecerunt.

## Capitulum. xxxiiij.

Ubi agiť ꝗ̄ois ipoſitio pñie ad ie
iuniuȝ orõneȝ ⁊ elemoſynã reſpicit.
⁊ de tuto remedio ininiũgẽdo pñiaȝ

q Uicq̄d pñie pctõꝛi
peniteñti a ſacerdo-
te iniungiť ad tres
partes ſatiſfactio-
nis ſcȝ. orõnẽ. ieiu-
niũ: ⁊ elemoſynã re
duciť. Sunt ſecũdario alie ſatiſfacti
onis partes: vt vigilie peregrinatio
nes diſcipline. ⁊ huiuſmodi. vñ oĩa
opa afflictionis ad ieiuniũ reducunť

Curanť. de peni. di ij. c. ii.

Ad bene eẽ ipo-
nere. qꝛ hodie peniteñ oẽa
ſunt arbitrio cõfeſſoꝛis ta-
xande cõſideratis circũſtã-
tijs criminũ ⁊ pſonaꝝ ⁊ hu
iuſmodi extra. d̄ peni. ⁊ re.
De⁹q. ⁊ i. c. mẽſurã. de pe.
di. j. Dic̃ etiã leo papa. xxvj
q. vij. c. Tpa plenitudinis
tue moderãtis arbitrio ſũt
cõſtituẽda: put cõuerſoꝛuȝ
aios ꝓſpexeris eẽ deuotos
Raymũ. ⁊ Guilel. ⁊ Spe.
in ſuo repoꝛtoꝛio hoc tenẽt
⁊ generalis ꝯſuetudo ſic ſe
hẽt. nec eſt cõtra id qð dicit
Grego. de pe. di. v. c. falſas
pñias dicim⁹ q̃ nõ ſcðȝ au-
ctoꝛitatẽ ſctõꝝ pꝛuȝ ꝓ q̃lita
te criminũ ponũt. hoc. n. i-
tellige ſm Ray. cũ ſine ne-
ceſſitate rõnabili dimitterẽ
tur pñie antiquit⁹ taxate. ſȝ
dico cũ multe ſint rõnes ſuf
ficit ꝙ breuitate vite taxate
pñie hodie nõ imponunť:
ergo ſunt arbitrarie. ⁊ ideo
ſm hoſtienſis attendere de
bet ſacerdos quid expediat
peccatoꝛi ad ſalutem: etiaȝ
imponẽdo vnum pater no-
ſter. facit. c. alligãt. xxvj. q.
vij. Sequitur Pa. in. d. c.
vbi bonus textus.

¶ Sanctus Bona-
uentura in. iiij. di. xv. par-
te. j. articlo. j. q. iiij. ꝛ i An-
gelica. vbi de ſatiſfactiōe.

¶ Satiſfactoria ē.
ſm Scho. i. iij. di. xxj. ꝛ in
ſūma angelica. vbi de mor
te. ꝛ vbi de ſatiſ factione.

Omnia opera mīe ad elemoſynam oīa opera ſpūalia ad orōnez. hec ex Sancto Bona ventura ellicit̄ ꝛ extrahitur. ¶ Flagella miſſa a deo vł ab hominib⁹ etiā pro pctis noſtris ſatiſfactoria ſunt: in quantū cadunt ſub volūtate patiēter ipſa acceptante: ꝛ patienter ſuſtinere volente: dūmodo alias ſit in charitate etiam de morte naturali: ſi volūtarie acceptetur: idē eſt iudiciū. quia ſatiſfactoria eſt ꝛ ſufficiēs pena pro oībus pctis venialib⁹. ꝛ forte pro magna parte pene debite pro mortalib⁹. ex quo infert̄ ꝙ multo magis ſatiſfactoria eſt mors que infligit̄ alicui etiā ꝓ pctō ſuo: ſi volūtarie ꝛ patiēter ſuſtineat̄. ex trib⁹ partib⁹ ſatiſfactiōis p̄dictis magis ſatiſfactoria ē elemoſyna. qꝛ in ſe includit virtutē orōnis ꝛ ieiunij Primo. quia ꝯſtituit eum cui dat̄ debitorem ad orandū pro eo qui dedit. Scdo. quia elemoſyna data ꝓpter deū eſt quaſi quedam obligatio deo facta: que habet vim orōnis. Et ſimiliter bonoꝝ exteriorū ſubtractio per elemoſynā facta ꝯtinet virtualiter ieiuniū: in quo macerat̄ corpus. Similiter orō virtute ꝯtinet ieiuniū. quia intentio interius ad deū debilitatez corporiſ parit: cōpletius tn̄ elemoſyna habet vim ſatiſfactiōis quaz orō

⁊ ieiuniū. Quapropter Paul9 dicit Corporalis q̇dez exercitatio ad modicū vtilis eſt. Dicit glo. Oīs ſūma diſcipline xp̄iane eſt in miſericordia et pietate. Si tn̄ gn̄aliter loquimur. pōt dici ꝙ in ſactiſſactione ſunt tria ſcz vitatio culpe. augmētatio gratie ⁊ ſolutio pene. ⁊ hoc tertium eſt infimum in ſatiſſactiōe Ad primū valet or̄o. Ad ſcōm valet elemoſyna: qua q̇s ſibi facit amicos de mamona iniquitatis qui impetrāt gratiam. Ad tertiū valet ieiuniū. hec ex Ricardo originaliter. Sed ſpecialius in fine tractatus agem9 dāte deo de or̄one elemoſyna ⁊ ieiunio: vt ꝯfeſſor plenius ⁊ cautius informet̄ ⁊ pn̄ias impo nere ſciat ſalutares. ¶ Seruet vnuz ſacerdos ſi dat pn̄ias diutinas: ne det pn̄ias or̄onis: niſi q̇s vl' quā penitens poſſit implere in ſtatu gr̄e ſcz anteq̄z exeat eccl'iam. et ſi impoſuerit or̄onem aliquā dicendā declaret ei ꝙ nō imponit illā pn̄iaz ſibi ſacramentalē: ita ꝙ quāuis fiat nō in ſtatu gr̄e: nō ſit neceſſe iterare illā maxime in his de quibus timeri pōt de recidiuo pn̄ia or̄onis iniungi nō debet. quia multi doctores dicūt ꝙ qn̄ op̄a ſatiſſactoria iam facta nullū effectū relinquūt poſt ſe: ſicut ē or̄o: ꝙ tūc ſi in pctō mortali fiāt: oportet ite

¶ Paul9. i. thimothei iiij. ca.

¶ Infimum. ut in Angelica. vbi de ſatiſ factione.

¶ Mamona.

¶ Ricardo. in. iiij. xv. di. articulo. ij. q. iij.

¶ Seruet. hic agitur vtruz pn̄ia facta in mortali valeat vel nō. i. ſi ſit iteranda vel non. Et quāuis opiniones multe ſunt. Scotus dicit in. iiij di. xv. ꝙ nō eſt iterāda. Et hūc ſequit̄ frater Angelus. vbi đ pn̄ia. §. xiiij. ⁊ coīter doctores. ⁊ hoc eſt ſic. licet Pa. in. c. qđ quidē. de pe. ⁊ re. ⁊ Archidia. de pe. di. iij. §. vltimo. teneant ꝙ eſt iteranda ſimpliciter.

¶ Scot⁹. in. iiij. di. xv. q. j. circa. fi. q. tenet ꝙ q̄uis in pctõ cõpleat̄ p̄nia: nõ iterat̄: ſi vere ſemel aliquis penituit ⁊ recepit p̄niam cõdignã impoſitã ſibi ab eccl'ia claue non errãte: q̄ʒtũcũqʒ poſtea recidiuet: nõ tenebitur pro illis pctĩs pro quib⁹ illam p̄niaʒ recepit: niſi ad illã p̄niam ſibi impoſitã: quam ſi in charitate implet nõ tãtũ ſoluit penã ſed meret̄ gr̃am. et etiam idem Scotus. di. xvij. ar. ij. queſtiõis. dicit q̄d in dicta diſtinctiõe. xv. dixit.

retur p̄nia. Sed p̄nie: ex quib⁹ aliq̄s effectus manet poſt ſatiſfactiõis actum: nõ ſunt iterãde. ſicut ſunt ieiunium et elemoſyna. qꝛ poſtq̄ʒ aliquis ieiunauit: effectus ieiunij remanet. debilitas ſcʒ corporis. Simil'r poſt factã elemoſynã remanet ei⁹ effect⁹ ſcʒ diminutio ſubſtantie tẽporalis. ideo nõ iterat̄ p̄nia quãuis ieiunioꝝ ⁊ elemoſynaꝝ p̄nie fiãt in mortali. hoc fere cõmuniter dicunt doctores Sed ſcotus dicit ꝙ quãuis in pctõ fiat p̄nia: iteranda nõ eſt: ſi ſemel claue nõ errante p̄niam accepit condignam ⁊ impleuit: ſed ſi nõ impleuit: ad illã adimplendã tenebit̄ ⁊ poſtea de pctõ cõmiſſo dolebit ⁊ ꝯfitebitur dicens ⁊ accuſans ſe nõ impleſſe penitentiam eo quo decens erat ſtatu. Nota ad hoc ꝙ ſi q̄s in mortale labatur ante quã p̄niam ſibi iniũctam fecerit: quãuis bonũ ſit quãcitius cõfiteri: tñ cũ per ſolã ꝯtritionẽ pctm̃ dimittat̄ ⁊ gr̃a reſtituat̄ quãcito ip̄e ꝯteritur: dũmodo ꝓponat tp̄e ꝯfiteri determinato: interĩ dolẽs de pctõ per ꝯtritionẽ: tũc bene põt implere p̄niam iniunctã: qꝛ realiter ſatiſfacit quia in ſtatu gr̃e ſ̄m Archiep̄m florentinũ. et hoc eſt pium ⁊ humile: ſʒ quãuis in peccato fiat p̄nia ex mẽte Scoti: vt dixim⁹ ſupra in hoc. c. ite-

rāda nō eſt. ſi determinatio eſt eccl'ie ſuꝑ hoc eam ex nunc ⁊ ſemper amplectimur.

## ¶ Capitulum.xxxv.

¶ Utruȝ opa fctā in charitate ꝑ ſequēs moꝛtale pctm̄ mortificata: viuificent̄ poſtea per pn̄iam. et an illa q̄ fuerūt facta in moꝛtali viuificari poſſint: ⁊ ad quid ꝓſint. Et quot modis deleatur veniale peccatum.

Opera facta in charitate nō moꝛiunt̄ per ſe ſed per accidēs id eſt per pctm̄ quo remoto viuificari dicunt̄ ſm Tho.xiiij.di.iiij.ſn̄iarū. Sȝ illa que nūq̄ȝ fuerunt viua id eſt illa que fuerūt fctā in pctō moꝛtali nunq̄ȝ poſſūt viuificari: nec ſunt meritoꝛia. quia ſm Bonamuenturā. Moꝛtua ſemꝑ erunt q̄ moꝛtua nata fuerūt id eſt facta in pctō moꝛtali. Cauſa eſt. qꝛ ſi opa extra charitatē facta eſſēt meritoꝛia: tūc aliqui ſine charitate poſſent mereri vitā eternam: qd̄ eſt abſurdū ſm beatū Tho.xiiij.di.iiij. ⁊ de peni.di.ꝑma. ois Prius enim reſpexit dn̄s ad abel quā ad munera eius. Geneſis.iiij. Et cauſa quare talia opera que fiunt in pctō moꝛtali ſemꝑ remanent moꝛtua eſt. quia nō ſunt a charitate ellicita: et ideo cauſa moꝛtis ab eis nō tollitur per pn̄iam ſm beatuȝ Tho. di. pꝛeallegata. Ualent tn̄ talia opera extra charitatē facta ſi fiant bona intentiōe ad tempoꝛaliū multiplicationē Yſaye pꝛimo. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. ⁊ ad diſpo

¶ Opa facta in charitate ſi per pctm̄ moꝛtificent̄: per pen̄itātiaȝ viuificant̄

¶ Sed illa opa facta in moꝛtali nunq̄ȝ viuificantur: ſed ad infra ſcripta ꝓſūt.

¶ Ad quid valent opera facta extra charitatem.

ſtionẽ ad grãm. ⁊ ad bonoꝝ aſſuetudinẽ. de peni. di. iij. c. cauendũ. ⁊. xxij. q. ij. Si quelibet ⁊ ad extremũ iudicij ſuppliciũ tollerabilius ſubeundum de. pe. di. iiij. Si quis. Et ad hoc vt coꝛ eius illuſtretur ad pñiam de. pe. di. iij. flens in fine. Ultimo quia diabolus nõ poterit ei tantuꝫ nocere. Sicut patet de iudeo de quo narrat Gregoꝛius in dialogo. ꝙ diaboli nõ potuerunt ei nocere: qꝛ ſe pꝛius ſigno crucis ſignauerat Ad maioꝛẽ declarationẽ nota ꝙ opera hominis. quedã dicunt̃ viua: et ſũt q̄ hominẽ ad vitã eternã perducere poſſunt. illa dicuntur moꝛtua: q̄ hoc faciendi ptãtem nõ habent. illa autẽ dicunt̃ moꝛtificata moꝛtua: q̄ ptãtem illã amiſerunt: cũ pꝛius eã habuerint. q̄ licet tranſeãt actu: manent tñ quãtum ad meritũ in dei acceptione: ⁊ remoto ꝓhibente ſcꝫ pctõ moꝛtali reuiuiſcunt. Uñ verſus Jlla reuiuiſcunt que moꝛtificata fuerunt Sed non reuiuiſcunt q̄ moꝛtua facta fuerũt. Jtaqꝫ bona opera quãdiu ſunt ꝯiuncta radici merẽdi dicunt̃ viuere. qñ ab illa ſeparant̃ dicunt̃ moꝛi. qñ reuertunt̃ dicunt̃ viuificari. qꝛ redeũt ad ſtatũ ſue oꝛiginis videlicet charitatis. Peccatũ veniale neminẽ a deo auertit nec obligat ad penã eternã: repugnat tñ feruoꝛi charitatis vl' alterius virtutis inquãtum retardat eius actũ a ꝯſecutione vltimi finis. Sed nõ eſt cõtra eſſentiã charitatis vl' virtutis: vt cõmuniter theologi dicunt ⁊ ſumitur a magiſtro. ij. ſniaꝝ. di. xxxv. ⁊ habetur per ſanctuꝫ Tho. ſcda. ſcde. q. xxiiij. ar. x. ⁊ in

¶ Opera hoïs q̄dã viua. quedã moꝛtua. quedaꝫ moꝛtificata moꝛtua.

¶ Verſus.
Hoſtienſis i ſua ſũma ponit hos ṽ. de penitẽ. §. ⁊ an ficte penitẽti. circa finem. ⁊ ibi de iſta materia.

¶ Peccatũ veniale quotimodis remittitur: ⁊ q̄ neminẽ obligat ad penam eternam.

multis alijs locis. ¶ Et remittit̃ pctm̃ veniale p̃ feruorē charitatis aut p̃ aliq̃ q̃ ip̃m excitant. vt p̃ aſperſionē aq̃ bn̄dicte de.cō.di.iij. c.aq̃. Et p̃ orōnē dn̄icā de.pe.di.iij.c.de quotidianis. et p̃ tunſionē pectoris de pe.di.j.c. tres ſūt. Et p̃ ieiunia ⁊ elemoſynā d.pe.di.j. c.medicina. Tollit̃ etiā p̃ ꝯfeſſionē gn̄alem ⁊ p̃ alias cerimōias eccl'ie feruorē charitatis excitātes: vt doctores cōmuniter dicunt.iiij. ſen.di.xvij. Nec ꝯfeſſio ſpecialis de ſingulis venialibꝰ ē neceſſaria: vt dicūt doctores.iiij. ſen.xvij.di.⁊.xx.rōnez aſſignāt.qꝛ veniale nō eſt ꝯtra charitatē ⁊ legē diuinā.⁊ſic tenet petrus de coſtana Theologus hiſpanꝰ Decanus toletanꝰ i ſuo tractatu ꝯfeſſiōis. ¶ Sed qn̄ eſt dubiū vtruȝ veniale ſit mortale: vel qn̄ pctōr nō hēt mortale ad ꝯfitendū: tūc tenet̃ pctōr ꝯfiteri venialia. ¶ Notandū ꝙ venialia pctā efficiunt̃ mortalia qn̄ ordinantur ad mortale: ſicut ē riſus tendēs in adulteriū.⁊c. Item ex multis venialibꝰ fit ſepe vnū mortale: vt vult gloſa de.peni.di.j.§.Tres ſunt.

¶ Remittitur pctm̃. de hac materia vide in. c.oīs. d pe.⁊ re. ⁊ Joan. Andreā in ꝓhemio ſexti.

¶ Utrū veniale ſit mortale qꝛ ſm. S. Bonam venturā in iiij.di.xvj.ar.ij. q.j. qn̄ ꝓbabiliter ē dubium an ſit mortale vel veniale cōfiteri tenet̃ ⁊ abſtinere i futurum aliter ſi nō cōfitet̃ mortaliter peccat qꝛ exponit ſe periculo Concordat. S. Tho. ibidez.di. xxj. Sȝ ſi certificat̃ per aliquā pſonā doctaȝ: tūc nō tenet̃ cōfiteri dūmodo conſcientia deponat̃.

¶ Efficiūt̃ mortalia. Notatur hic pctā venialia effici poſſe mortalia.

## ¶ Capitulum.xxvj.

¶ Utrum penitētia debeat iniungi ante abſolutionem vel poſt.

PRius debet ſacerdos ſm ioannē Andreā .cle.dudū. de ſepulturis ſup verbo audire imponere pn̄iam quā facere abſolutionē a pctis: qd̓ probat ex ipſo textu clementine: q̃ prius loquit̃ de pn̄ia iniungenda po-

¶ Priꝰ debet. verba huius capl'i ſunt. archiepi florentini in ſuo defecerūt.

ſtea de abſolutione. Tum etiã ex rõne. qꝛ cũ abſolutio ſit cõplemẽtũ ⁊ forma in pñia: pri⁹ debet eſſe ſatiſfactio que eſt pars materialis pñie: ſaltẽ in propoſito actuali: vt expreſſa ſatiſfactione: q̄ debet imponi per ſacerdotẽ: acceptet eam penitẽs ſicut ꝯfeſſus eſt: ⁊ doluit ⁊ inde ſequit̃ abſolutio. ¶ Sed ꝯtrariũ dicit̃ eſſe de cenſi. c. finali. vbi dicitur ꝙ Archiepi poſſunt in viſitatione abſoluere: pñias imponere: ergo hoc de neceſſitate nõ ꝓcedit. qꝛ tñ cõmuniter fit ꝯtrariuꝫ: vt ſcꝫ prius abſoluat̃ ⁊ poſtea iniungat̃ pñia. quõcũqꝫ fiat vel añ vel poſt ſufficit. Preſupponit enĩ ꝯfeſſor illũ habere ꝓpoſitum eã pñiam faciẽdi: quã ſibi iniunget ſacerdos: cũ ipſuꝫ peniteat. ſm Joãnem. ſi penitentẽ abſoluis: cuius ꝯfeſſionẽ generalẽ audiuiſti abſoluas eum: ⁊ a penitẽtijs oblitis iniũctis ab alijs ſacerdotib⁹: ⁊ ſi aliq̃rum pñiarum iniunctaꝝ memor ſit ꝙ nõ ĩpleuerit eas: ſi iudicaueris expediens: cõmutes eas: niſi eẽt ĩ caſu: a quo nõ poſſes abſoluere.

¶ Sufficit. qꝛ qđ fit in cõtinenti videt̃ ineſſe. C. đ pac. l. petens. ideo nõ obeſſet ſi abſolutio prius fieret: ⁊ poſtea penitẽtia iniungeretur.

¶ Commutes. de iſta cõmutatione. vide in ſũma Angelica. Confeſſio. v. §. iiij.

# ¶ Capitulum. xxxvij.

¶ Utrum ſufficiat penitenti rñdere ad interrogationes factas per ꝯfeſſorem. ⁊ an ſacerdos poſſit abſoluere penitentem habẽtem caſus ſuperiori reſeruatos ab illis a quib⁹ ipẽ ſacerdos põt. ⁊ de ſigillo ꝯfeſſiõis ⁊ vtrũ poſſit abſoluere quã carnalit̃ cognouit ⁊ quõ ſe hẽbit ſacerdos audiẽdo mulieres ⁊ etiã viros.

Guilelmus Rodonenſis glo
ſator Raymūdi tenet ꝙ ſuf-
ficit penitenteꝫ reſpondere
ad interrogationes factas
per confeſſorē quantum ad
ea de quibus interrogatur.
Similiter qui rogat confeſſorē vt eum inter-
roget vt pleniꝰ confiteatur niſi ſit talis qui po
tius dimitteret cōfiteri quā ore proprio cōfi
teret ſuū peccatū: quia de ſuperbia prouenit
de peni. di. v. c. j. que quideꝫ eſt peccatū mor-
tale. vnde prudēs ꝯfeſſor quādo hoc perpen
dit faciat eū rectificare ꝯſcientiam ⁊ dolere
de tali diſpoſitiōe. Scđa pars capituli huiꝰ
eſt hec ꝙ ꝯfeſſor audiens penitentē q̇ hēt ca
ſum a quo nō pōt eū abſoluere: abſoluet ipm̄
penitenteꝫ a quibus poteſt. Et poſtea remit
tet eum ad ſuperiorē pro abſolutione aliorū
pertinentium ad ipſum: opinionibus multis
dimiſſis. quia hec eſt verior: quā tenet henri
cus de gandauo theologus in quolibet in. q.
xxx. ⁊ ita ſeruat curia ⁊ cōmunis cōſuetudo.
Unde penitens cōfiteatur integre de quibꝰ
eſt memor. Et ſacerdos abſoluet a quibus
poteſt. Et poſtea remittet eū ad ſuperiorem
vt abſoluat eū a reliquis. Ratio qꝫ per cōfeſ-
ſionem factam inferiori omnia peccata ſunt
confitenti remiſſa. ⁊ iam pctōr eſt abſolutus
a deo. Abſolutio vero ſacramētaliſ fiēda per
eccliaꝫ duo facit. vnū qꝫ pt̄e debite ſatiſfacti
onis dimittat. Aliud ſeu alterū qꝫ abſolutuꝫ
ecclie militāti a qua per pctm̄ ſuū ſepatus fu

¶ Scđa ps
cōcordat Ange-
lica Confeſſio. v
§. ix.

¶ Nullus cõfiteatur per interpoſitã perſonã vel per ſcriptum.

¶ Mutus ignorans linguã.

¶ Angelica. Confeſſio. j. §. xxxiij.

¶ Pena reuelãtis cõfeſſionẽ. inueniet taxatã i. li. dicto. defecerunt. iij. pte. Et ibidẽ. q teneant ad ſigillũ cõfeſſiõis. vbi dicitur. ꝙ tenet q cõfitet. ꝛ qui audit cõfeſſionẽ: etiã ſi nõ ſit ſacerdos: ut in neceſſitate põt contingere. Et interpres. Et qui caſu audit. Jtẽ cui de licentia cõfitentis reuelat. Jtẽ qui ſe cõfeſſorẽ ſingit. Jtẽ q latẽter abſcõdit⁹ ꝯfeſſiões audit: qꝺ ẽ ſacrilegiũ. Jtẽ q recipit aliquid ſub ſigillo confeſſiõis nõ rõne ſacri ſꝫ rõne ꝓmiſſi ₰m Tho. et Pe. de palude.

erat recõciliat. ¶ Nullus per interpoſitã pſonã vel per ſcriptũ cõfiteat loquẽdo de confeſſione prout ẽ ſacramẽtũ coĩter ₰m theologos in. iiij. facit de pe. di. j. quẽ penitet. qꝛ qui peccauerit tenet ſe accuſare. Et ad. c. qualis. xxx. q. v. rñdet Scotus. in. iiij. di. xvij. ar. iij. ꝙ põt cõfiteri per ſcriptũ ſi ẽ preſens ipe penitẽs ꝛ legit ipemet qꝺ ſcripſit. ¶ Mutus vł q̃ ignorat linguã tenet cõfiteri eo modo quo põt. ſ. per ſigna ꝛ huiuſmodi. Et qꝺ dicũt aliqui ꝙ cõfiteat per interpretẽ improbat Scotus: ꝛ ſũma Angelica dicit ꝙ bene improbat Scot⁹. ſimiliter per ſcriptũ. qꝛ eſt cõtra rõnẽ ſacramẽti. Et iõ nullo modo faciat. ſꝫ ut dixi cõfiteat ꝓut põt per ſigna ꝛ ſufficit ₰m Scotum in. iiij. di. xvij. q. vnica. ꝛ Ri. ea. di. ¶ Sꝫ qñ ſacerdos nõ intelligit ydioma cõfitẽtis: ſufficit interpres vel ſcriptura ₰m ſacramentariũ Bonauẽture ꝛ btĩ Thome. xvij. di. iiij. ſñiarũ. Et interpres tenet celare cõfeſſionẽ qꝛ auris ſacerdotis ẽ ₰m Bonã venturã. Sacerdos reuelãs cõfeſſionẽ deponit et oĩbus dieb⁹ vite ſue ignominioſus pegrinando pergat. vel in monaſteriũ detrudat ad penitẽtiã peragẽdã. Cui cõcordat decretũ. de peni. di. vj. c. ſacerdos ꝛ. c. placuit. et extra de peni. et re. c. oĩs vtriuſqꝫ ſexus. §. caueat. Confeſſio qua quis ſubijcit ſacerdoti ſignũ ẽ interioris cõfeſſiõis qua quis deo ſubijcit: de⁹ aũt peccatũ illius qui ſe ſibi per pñiam ſubijcit tegit per Auguſtinũ per illũ locũ. ps. Quoꝝ tecta ſunt pctã. tecta. i. ut deus eternaliter non

puniat. ⁊ per magiſtrum. xviij. di. iiij. ſen. q̄re oportet neceſſario ꝙ ſacerdos ꝯfeſſionē celet. etiā q̄ꝛ per hoc hoīes magis attrahūt̃ ad ꝯfeſſionē ⁊ ſimplicius pctā confitent̃. ideo ſit caut⁹ ꝯfeſſoꝛ vt celet oīa que per pctm̄ ꝯfitē tis poſſent depꝛehēdi ſiue reuelari. ⁊ idē ſm̄ Alexādꝛū in cōpendio ſuo. Sed ponat̃ ꝙ aliquis ꝯfeſſus fuerit ſacerdoti aliqđ crimen: et ep̄us excōmunicauit oēs talis criminis ꝯſcios niſi veritatem reuelauerint. Querit̃ an ſacerdos teneat̃ reuelare. ⁊ videt̃ ꝙ nō per. c. Sacerdos. allegatū ſuperi⁹ ⁊. ar. extra de officio oꝛdinarij. c. Si ſacerdos. ⁊ extra de adulterijs. c. ſignificaſti. De hac materia vide quō ſe debeat habere ſacerdos viceſima. ij. q. v. c. hoc videt̃. ⁊. ij. q. j. c. Si peccauerit. ⁊. ij. q vij. pleriq̄ȝ. ⁊. xv. q. v. c. pꝛeſbyter. ⁊ Ricar. in iiij. di. xxj. Et ipſe penitens tenet̃ celare ꝯfeſſionem: qn̄ manifeſtando facit pꝛeiudiciū ꝓpꝛie fame. Nō reuelabit ſacerdos ep̄o eccl'iaȝ eſſe violatā niſi in genere: qn̄ per ꝯfeſſionem auditā ſcit. dicendo talis eccl'ia eſt polluta et indiget reconciliatione. ar. c. Significaſti. de adulterijs ⁊. c. Si ſacerdos. de offi. oꝛdi. ſȝ qn̄ omnino occultū eſt nō indiget recōciliatione. Quādo ſacerdos audiuit duos in ꝯfeſſione. ⁊ vnus eoꝝ dixit ſe peccaſſe cū illo alio: ſȝ ille alius ꝯfitendo hoc nō dicit: nunq̄d interrogabit eū? R̷. ꝙ ſic in genere. ſȝ nō pōt dicere ꝙ alius ſibi reuelauerit: niſi ille extra ꝯfeſſioneȝ ſibi dixiſſet. Penultima pars capituli hu i⁹ indicabit vtrū ſacerdos poſſit abſoluere quam carnal'r cognouit. ⁊ Ricar. in. iiij. di.

¶ Penitēs vide in angelica confeſſio vltima §. xviij. ⁊ ibi per totū. de hac materia.

¶ Pars penultima notanda.

o

xvij. dicit q̄ sic intellige niſi ſit caſus reſerua-
tus ꝑ ſuperiorē. Itē ſi nō imminet periculū:
aut ex parte ſacerdotis aut ex parte mulieriſ
vnde ſi imminet periculū nullo modo ꝯfitea
tur: ſed petat licentiā alteri ꝯfitēdi: quā ſi nō
vult dare malicioſe: pōt nihilominus alteri
ꝯfiteri. Melius tn̄ faceret ſi eā ad aliū ꝯfeſ-
ſorem mitteret: cū quo magis verecundaret̄
Et in audiendo mulieres in ꝯfeſſiōe eas vel
eam faciat ſacerdos ex tranſuerſo ſtare: nec
faciē mulieꝝ aſpiciat: q: facies eaꝝ vent⁹ eſt
vrens: teſte ꝓpheta: Et nō audiat mulieres
niſi in publico: et niſi ab aliquo videant̄: nec
multū immoret̄ cū eis: niſi quantū neceſſitas
ꝯfeſſionis requirit: ⁊ mulierib⁹ volentib⁹ fre
quenter ꝯfiteri certū tēpus aſſignet̄: nec in
alijs colloquijs ſe immiſceat ſacerdos cū eis
⁊ ſemꝑ rigidis verbis vtat̄. Itē nec virū aſpi
ciat ſacerdos in facie: ne eū erubeſcere faciat
vltra quā oportet. viros graues ⁊ ſapientes
dulcius ⁊ vrbani⁹ ſunt reprehendēdi. Ruſti
ci vero ⁊ groſſi ac ydiote durius: ſm̄ Archie
piſcopū florentinū: ne pctā ſua paruipendāt
ex leuitate ſermonis. Stimulatos aūt ex do-
lore ⁊ deſperatiōe: quātūcunqꝫ pctā cōmiſſa
ſint grauia cōfortabit ſacerdos ⁊ animabit:
inducēdo exēpla Dauid Magdalene Pau
li. Petri ⁊ latronis. Et qn̄ penitētes ſunt in
durati ⁊ ſe excuſantes: tūc aggrauet ꝯfeſſor
peccata eorū oſtendēdo pericula. Exemplo
Ade. Saulis. Iude. ⁊ huiuſmodi.

Ultima pars conſideranda.

## Capitulum. xxviij.

Quod in aliqbus caſib⁹ ē iterāda ꝯfeſſio.

Ricardus i.iiij.di.xvij. dicit ꝙ vere et legitime cõfeſſus nõ tenet̃ iterare ↄfeſſionem de neceſſitate: nec tenet̃ q̇s obedire p̄cipienti ſibi vt iterum talia ↄfiteatur: nec papa ↄcederet legẽ hoc precipientẽ ſm pe.de pal.niſi ex bono ↄſilio quis velit: vt facili⁹ inueniat remiſſionẽ qđ fit ſepius ↄfitendo de pe.di.j. menſurã. Aſſignãt tñ doctores i.iiij. di.xvij.aliquos caſus in quib⁹ ↄfeſſus tenet̃ confiteri iterũ eadẽ pctã. Primus qñ confitetur ei qui nõ põt abſoluere. Puta ſi nõ hẽt caſus ſupioris.aut q: nõ ſacerdos ꝗuis reputaret̃: vel q: penitẽs nõ erat confeſſori ſubditus: vel q: intruſus: aut q: excõicatus aut ſuſpẽſus ab officio huiuſmodi. ⁊ abſolutus a tali cũ illi hoc cõſtat: tenet̃ iterũ cõfiteri. q: realiter nõ ẽ abſolutus: ꝗuis ignorãtia facti excuſet eum in cõſpectu dei ac ſi eẽt abſolut⁹ dũ neſcit ſm Tho.in quolibet. Secũd⁹ caſus eſt ex pte cõfeſſoris ſm Tho. ⁊ Hoſti. qñ videlicet notabiliter ẽ ignorãs ſacerdos: ita ꝙ neſcit diſcernere inter mortale ⁊ veniale de cõmunibus pctis: ⁊ precipue cũ penitẽs hẽt caſus intricatos ⁊ difficiles. qđ intelligit̃ ſi alius cõfeſſor poſſit haberi. Nã ſi alius haberi nõ poſſit ſacerdos põt quis cũ tali ſacerdote ↄfiteri. Itẽ ſi penitẽs ſit doct⁹ ꝙ poſſit inſtruere cõfeſſorẽ. Sz ſi reperiri poſſit cõfeſſor doctus ꝗuis penitẽs ſit erudit⁹ cũ docto cõfeſſore cõfitẽdũ ẽ. de hoc ſcđo caſu vide in libro defecerũt ⁊ in angelica cõfeſſio. iij. per totũ.

¶ Supioris i. ſi a ſacerdote pctõr fuit abſolut⁹ ab illis caſibus qui ſũt epo reſeruati: tenet̃ pctõr ea q̃ ad caſus epiſcopales ptinẽt ipi epo cõfiteri: vel ipi ſacerdoti cui pri⁹ ſi iã caſuſ epi fuerint cõmiſſi illi.

¶ Vel q: intruſus. itruſi ⁊ excõicati ⁊ nõ hẽntes licẽtiã audiẽdi ↄtũ eſt ex pte eoꝝ ↄcipiũt aias cũ nõ poſſint nec ligare nec ſoluere. vt i. c. null⁹. de parrochi. Sz quo ad ↄfitẽtes diſtiguo. q: aut hñt iuſtã cãz ignorãtie: ⁊ ſic ſũt abſoluti quo ad deũ q̃ndiu talis ignorãtia durat Sz ſi poſtea hoc ſciãt ſm ino. tenẽt̃ ↄfiteri iterũ ſacerdoti legitimo eos potenti abſoluere. Sz ſi ĩpedimẽtũ ẽ iuris diuini ſm petrũ de pal.i.iiij. di.xvij. puta q: nõ eſt baptizat⁹ vel ordinat⁹: tũc durãte ignorantia tali ↄfeſſ⁹ ab-

ſolutus ē: ſʒ illa
ſcita: tenet̃ ꝯfite-
teri iteꝝ legiti-
mo ſacerdoti. ſi
ĩpedimẽtũ ē iu-
ris poſitiui: tũc
aut ille cũ quo cõ
feſſus ē hẽbat̃ cõ
municat̃ ꝑ p̃lato.
puta quia erat ĩ
poſſeſſiõe ⁊ ꝯfir-
matꝰ ꝑ ſuꝑiorẽ:
licet nõ legitime
habuerit bñficiũ
⁊ ꝯfeſſus ē q̇s ta
li tãq̃ʒ ſuo p̃lato
qꝛ ſic reputabat̃
cõmuniter: ⁊ ſic
ipe credebat ex
ignorãtia facti:
tũc tali ꝯfeſſꝰ nõ
tenet̃ iterare cõ-
feſſionẽ: licet po
ſtea ſciat nõ fuiſ-
ſe legitime poſi-
tũ. ſi v̓o ex igno-
rantia iuris hoc
ꝯuenit. vt puta
qꝛ vidit eũ v̓be-
rare clericũ: ſed
nõ putabat excõ
municatũ ⁊ hu-
iuſmõi: ſic tenet̃
iterare ſcd̃m eũ-
dẽ pe. ⁊ ita tenẽt
Doctores ⁊ glo.
vltima. in. c. ni-
hil. d̓ electi. ⁊ ita
ē verũ de iure an
tiquo. Sʒ hodie
dic ꝙ ꝯfeſſus ſci
enter etiã cũ eo q̇
eſt ſuus p̃latꝰ: q̃ʒ
uis ſit excõmuni
catꝰ vel ſuſpẽſus
nõ tenet̃ iterare.

⁊ cõfeſſio. iiij. §. iij. Tertius caſus ē qñ q̇s nõ
cõfitet̃ integre oĩa pctã mortalia: de quibus
nõ ē legitime cõfeſſus vni cõfeſſori: etiã ſi cõ
fiteret̃ diuerſis cõfeſſoribus. Sʒ ſcienter ta-
cet aliq̇d pctm̃ mortale. vel de quo dubitat
vtrũ ſit mortale: vel aliquid aliud q̇d ē de ne-
ceſſitate cõfeſſiõis. ut puta circũſtãtiaʒ q̃ mu
tat ſpeciem: ⁊ huiuſmodi ex verecũdia vel ali
quo quocũqʒ reſpectu. de pe. di. v. c. j. circa fi.
Quartus caſus ē ſm Tho. qñ penitẽs nõ im
pleuit pñiã ſeu ſatiſfactionẽ iniũctã pro mor
talibꝰ ex cõtẽptu vel negligẽtia: ⁊ ē oblitꝰ eiꝰ
Si. n. eius recordaret̃ adhuc poſſet perfice-
re: ⁊ tũc perficiẽdo iterare non tenet̃: ⁊ preci
pue qñ nõ eſt ſibi prefixus terminus: quẽ nõ
poſſit trãſgredi: q̃ʒuis ſit ſibi declaratũ ĩ quo
ipſam debeat facere: vel in alio tpe ipſam ſup
plere: eo ipo aũt ꝙ facit ſibi propoſitũ nõ im
plendi pñiam ſibi iniũctã pro mortalibus ex
negligẽtia vel cõtẽptu peccat mortaliter: qꝛ
tenet̃ ad illã ſub precepto. Secus vero eſt de
pñia iniũcta pro venialibus ad quã nõ tene-
tur de neceſſitate ſm Tho. Idẽ ſi pñiam in-
iunctã pro mortalibus dimitteret ex impoſſi
bilitate puta infirmitate ⁊ huiuſmodi. nam
tũc non tenet̃ iterare. Sʒ ſufficit intimare eã
cõfeſſori: ut eã cõmutet. q̇d poterit facere cõ
feſſor etiã ſine audientia illoꝝ pctoꝝ pro qui
bus erat impoſita talis pñia. ſm Pe. de pal.
⁊ archiepm̃ florẽtinũ in ſuo defecerũt. Ideʒ
dic ſm Angelicã ſũmã: ſi fuiſſet ſibi cõmuta-
ta ab alio confeſſore. Quintus caſus ē qñ cõ
fitet̃ quis ſine cõtritiõe vel attritiõe debita q̃

vt ĩ An. excõicatio. viij. q. j. ⁊ l eadẽ. ꝯfeſſio. iiij. §. xij. ſi aũt nõ erat cõfirmatꝰ ſ3 itruſus: ſic teneť iterare ꝯfeſſionẽ factã talı. poſtq̃3 ſcit ſm Pa. i. d. c. nihil. ⁊ ad. l. Barbariꝰ. ff. de offi. p. dicit. ꝙ loquiť qñ talis p oniť ĩ officio a ſupiore. hoc tene in cõfeſſis cũ ſuo plato. Secꝰ ĩ cõfeſſis cũ extra ordinarijs volũtarie electis. ſicut ſũt religioſi: q2 poſtq̃3 ſciũt de impedimento credo teneãtur iterare cõfeſſionẽ ſm ꝙ tenet Innocẽ.

Tertiꝰ Ray. ⁊ Tho. cõcordant.

## Scienter tacet.

Sed quid ſi tacuit aliq̃s ex ignorãtia ſeu obliuiõe? Ri. ĩ. iiij. di. xvij. ar. ij. q. vj. ꝙ ſi penitẽs adhibuit debitã3 diligentiã. ſ. tãtã q̃tã adhibet ĩ re ardua vt memoriã hẽat ꝙ tũc nõ teneť cõfiteri alia pctã de qbꝰ ꝯfeſſus ẽ nec etiã pctm̃ oblitũ teneť confiteri ꝓ̃po ſacerdoti ten tiõe neceſſitas. ſ3 ſolũ teneť ꝯfiteri alij ſacerdoti: qñ recordať. Et nota ſm. pe. d pal. ĩ. iiij. ꝙ ſi ꝑmꝰ ꝯfeſſor hẽbat auctoritatẽ abſoluẽdi ab oĩ excõmunicatiõe: ⁊ caſibꝰ: ⁊ ſic ĩtẽdebat abſoluere penitẽtẽ qñ cu3 eo cõfeſſus ẽ q2 l3 pctm̃ oblitũ tali mõ eẽt caſus reſeruatꝰ vl excoĩcatio: poterit nihilominꝰ ſecũdꝰ ꝯfeſſor abſoluere illũ penitẽtẽ de illo pctõ oblito in ꝑma ꝯfeſſiõe: ĩ ſecũda manifeſtato q2 nõ põt eẽ ãplıꝰ caſus reſeruatꝰ nec excõicatio: ſ3 ſolũ pctm̃ ſimplex. Qđ bñ nota pro hiis q eligũt ꝯfeſſorem auctoritate aplica: quos talis ꝯfeſſor intẽdat abſoluere ab oĩ excoĩcatiõe ⁊ ab oĩ caſu in quãtũ auctoritas ſe extendit. alias oporteret recurrere ad eũ q de iure poſſet eũ a tali abſoluere. facit. c. Officij. de ſen. ex. a cõtrario. ⁊. c. ſup litteris. de reſcriptis. clarũ ẽ ꝑ hoc. Aut penitẽs nõ

ſufficiat ad grẽ ſuſceptionẽ cũ ſacfo. ⁊ l3 q̇dã dicãt ꝙ ĩ iſto caſu nõ tẽeť iterare. q2 recedẽte fictiõe ſuſcipiet fructũ pñie. Tu tñ ſaniꝰ tene cu3 fratre Angelo Cõfeſſio. j. §. xiiij. ꝙ iterare teneť. et hec ẽ cois opio theologoꝝ. Sextꝰ caſus ẽ ſcđ3 aliquos qñ q̇s recidiuat: ſ3 hũc nõ ſequũť coiť doctores: niſi ſm Ri. di. xvij. in. iiij. ar. ij. q. viij. qñ pctã dimiſſa ⁊ recidiuata notabiliť tm̃ aggrauãt: ꝙ notabiliſ ⁊ piculoſa grauitaſ pcti exꝑmi nõ poſſet niſi dicẽdo aliqđ pctm̃ ꝑus ꝯfeſſu3 ⁊ dimiſſũ. aliaſ nõ. ⁊ ſic tene Septimꝰ qñ q̇s ꝯfiteť pctm̃ a quo ſuꝰ ꝯfeſſor nõ potuit eũ abſoluere. q2 l3 iſtud cõfeſſuſ fuerit: ⁊ oĩa alia. tñ iſtud a quo nõ potuit abſolui: teneť ĩfato ſupiori ꝯfiteri: nec ꝓpe iſta diciť iteratio: q2 ſupior accipiť ꝓ vna pſona cũ cõfeſſore. Nã ꝯfeſſor abſoluit a quibꝰ põt: ⁊ ſupior pficit. Vñ ſm Ri. vbi ſup̃ deberet p̃cedere abſolutio ſupioris. qđ credo de honeſtate: nõ de neceſſitate ſm Dir. ⁊ iſte due abſolutiões faciũt vnã ꝯpletã. de hoc caſu vide latiꝰ in An. ꝯfeſſio. v. §. ix. ⁊. x. Octauꝰ caſus ſcđm aliquos ẽ ꝓpter

adhibuit debitā diligētiā: ſʒ fuit ignorās ignorātia craſſa vl'affectata tūc tenet̃ oīa ꝑus ꝯfeſſa ꝛ taliter oblita ꝯfiteri: niſi in caſu qñ poſſet hēre priorē ſacerdotē ꝛ nō eēt ei interdicta ptās abſoluēdi. Adde ſm. ſ. bo. ꝙ ſcʒ fuerit recēter cū eo cōfeſſus: ita ꝙhēat memoriā ſuoꝝ pctōꝝ q̄ antea fuit ꝯfeſſus. vel ſaltē recordēt̃ pnie īpoſite. de quo latiꝰ in ange. cōfeſſio. j. §. xij. ꝛ. xiiij

¶ Octauꝰ hic caſus ponit̃ a. ſ. Bo. ven. in. iiij. di. xvij. ꝛ vide ī angelica. Cōfeſſio. j. §. xvij ꝛ. xviij. cū ibi notatis. vbi notat̃ quid ſit de illis qui nō cōfitēt̃ de aliquo mortali. q2 nō cognoſcūt ꝙ ſit mortale. ꝛ ꝯcludit ꝙ ſi adhibuerūt debitā diligentiā vt memoriā haberēt ſuorū peccatoꝝ: ꝛ cōfitent̃ integre de his q̄ cognoſcūt eſſe mortalia: ꝙ tūc nō tenent̃ iterare. ibi vide latius.

¶ Confitet̃ in mortali: hinc reſpōdet̃ obiectioni quā aliquis poſſet facere q̄rens. vtrum cōfeſſio facta in pctō mortali valeat. ꝛ dicendum ꝙ nō. quia ſi valeret nō eſſet iterāda. Sed ad maiorē intelligētiam nota ſm. S. bonam venturam. ꝙ confeſſio eſt in remediū ꝛ in ꝓceptū. vñ facta in mortali nō valet in quātū ꝯcernit remediū. Confitēs tñ abſoluitur a precepto. Oīs vtriuſqʒ ſexus. de pe. ꝛ re. Sicut ficte baptiſmum ſuſcipiens non rebaptizatur. De illa materia videatur. de peni. di. iij. c. pe. ꝛ. xxvij q. j. que chriſto. ꝛ. c. qd̄ quidam. extra. de peni. ꝛ remiſſionibus.

pctī obliti recordationē. q2 cū q̇s ꝯfitet̃ ꝛ alicuiꝰ pctī obliuiſcit̃: volūt ꝛ poſtea oīa ꝯfiteat̃: vt cōfeſſio ſit integra. Sʒ hoc nō ſequūt̃ coīter doctores. Sʒ tu dic ſcd̄ʒ diſtinctiōeʒ poſitā ī glo. Tertij. caſus ſupioris ¶ Nonꝰ caſus ē ſcd̄m aliquos qñ q̇s añ cōpletā pñiaʒ cōmittit aliqd̄ mortale. Sʒ ego dico ex mēte frīs angeli vbi ſup̄ ꝙ ſufficit ꝙ pñiaʒ expleat. Et de cōmiſſo cōfiteat̃ ſolū. de hoc iā dixímꝰ ſupra. ꝛ dicit̃ ī Angelica vbi de pe. §. xiiij. Cautiꝰ tñ eēt ꝙ ꝯfeſſor aliquā pñiā iniūgeret quā ſtatī ꝛ īſtatu grē pñītēs poſſit agere. ꝛ poſtea aliā adījcere: quā nō ītēdat ꝓ pñia ſacr̄ali īponere: ſʒ ꝓ quadā volūtaria ſatiſfactiōe īiūgere. ita ꝙ q̄litercūqʒ īpleat ſufficiat: ꝛ etiā ſi nō īpleat nō tñ intēdat illaq̄are ſʒ ī ſuo arbitrio ponere.

¶ Decimꝰ caſus ē ſm̄ Pe. de pal. cū quis ꝯfitet̃ excoīcatꝰ exiſtēs: quā tūc ignorat. nā cū nō ſit capax ſacrī pñie tenet̃ iā abſolutꝰ iterato ꝯfiteri de oībꝰ. Sʒ cōtrariū tenet Ange. cōfeſſio v. §. x. vbi dicit ꝙ pōt pctōr abſolui a pctīs: ꝛ mitti ad ſupiorē ꝓ abſolutione ab excoīone. ꝛ ibi aſſigat̃ rō ¶ Vn

decim⁹ casus ē qñ q̄s ꝯfitet̄ in mortali ſeu ſine ꝓpoſito abſtinēdi. ¶ Bernard⁹ clare vallis ponit vſus ſequētes denotātes eiuſmōi casus Si fuit ignar⁹ ꝯfeſſor: vel ſine poſſe. Aut interdict⁹ pctōr: vl' ſine poſſe. Aut iterdict⁹ pctōr vl' ſimulat⁹. Si fatēs tacuit aliqđ mortale ſciēter. aut anathema tacēs: ſi ſolui iure nequiuit Oblit⁹ pene nō facte iā ſibi iuſſe. Qui ꝯfitet̄ dormiēti vl' penit⁹ ſurdo: tenet̄ iterū ꝯfiteri: ſi eſt pctm̄ mortale. qꝛ ꝯfeſſio īportat reuelatiōez pctōꝝ: q̄ fit relatiōe vni⁹: ꝛ ꝑceptione alterius.

## ¶ Capitulum. xxxix.

¶ Qđ pñia eſt hodie arbitraria: q̄ pri⁹ per canones erat taxata. ꝛ quot ſunt canones pñiales ꝛ i ꝓmis quomodo ſe habebit ꝯfeſſor in iniungendo.

In iniūgēdo pñiā hoc maxime attēdēdū eſt: vt ſcʒ talis pñia det̄ penitenti: ꝙ credas eū omnino ꝑficere q̄ntūcūqʒ ſit magn⁹ pctōr. ꝛ ſm Chriſoſtomū. Meli⁹ ē reddere rōnē de nimia mia quā d̄ nimia iuſticia. xxvj. q. viij. c. alligāt. Dādo etiā libertatē ꝙ cū vna die omittit ſcʒ orōnē iniūctā vl' ieiuniū poſſit ī alia die ſupplere. Si vo dubitat̄ de aliquo ne faciat pñiaʒ: puta ieiuniū: dicas ꝙ faciat loco ieiunij elemoſynā vel aliud. Orōnes vo ꝑſonis q̄ de facili ſolēt recidiuare in mortale raro dāde ſunt: vel per paucos dies. ieiunia vero elemoſyne ꝛ peregrinationes ꝛ huiuſmodi: poſſunt dari ꝑ plures dies. Querendū eſt etiā a penitēte: ſi pōt facere pñiaʒ ſibi datā: qꝛ ſi nō poteſt vel dubitat. tūc nō eſſet dāda: ſʒ cōmutāda vl' remittāda eēt. Declarādum ē etiā pctōrib⁹ ſm Hoſti. ꝙ ſm regulas eccl'ie taxatas. xxij. q. j. c. ꝑdicandū. ꝑ quolibʒ pctō mortali eēt ſeptēnis pñia iniungēda: iō nō credat pctā ſua leuia: qꝛ ꝑua dat̄ ei pñia: qꝛ hoc fit ne eā dimittat: qđ eēt ei mortale. ꝛ oporteret ꝙ iteraret cōfeſſionem. Poteſt etiam penitens admoneri fa-

ciat aliqđ memoꝛiale de pñia iniũcta: vt meli⁹ recoꝛdeť: ⁊
ſi obliuiſcereť ꝙ reuertať ad ipmmet ꝯfeſſoꝛē: vl' ſi nō pōt
bene facere ꝙ tu ꝯfeſſoꝛ cōmutabis eā ſibi. Si ꝟo poſtea
recoꝛdať penitēs de aliquo pctō criminali: ſi pōt hēre co
piā ſacerdotis cui pri⁹ fuit confeſſus reuertať ad eũ: q̄zuis
nō ſit de neceſſitate: vl' vadat ad aliũ: nec teneť niſi tm̄ illđ
dicere Infirmo nō eſt pñia iniungēda: q: eā facere nō poſ
ſet: ſʒ innoteſcēda. vt diciť. xxvj. q. vij. c. ab īfirmis: declarā
do ei ꝙ ſi ſan⁹ eēt talē daret ꝯfeſſoꝛ pñiaʒ. Sʒ cũ eris ſan⁹
facies hoc vl' illđ dicat ſacerdos: vl' venies ad me et dabo
tibi pñiā Pōt iniũgi amicis vl' ꝯſāguineis aliq̄d pro pñia
ſi vterqʒ acceptat: ⁊ ſi credať ꝙ ſatiſfaciēs ſit in ſtatu grē.
exhoꝛtādus eſt pctōꝛ ſatiſfaciat ſi debet aliq̄d alicui. ⁊ ad
ꝯtritionē ⁊ fiduciā diuie mie. Exēplo latronis ⁊ meritis
paſſiōis xpi. Et nullo mō vt dicit Hoſtiēſis ꝑmittat ſacer
dos pctōꝛē d'ſperatũ a ſe recedere. ar. xxvj. q. vj. c. ꝓſbyter
ſʒ poti⁹ īponat ei vnũ pr̄ nr̄. vl' aliđ leue: ⁊ alia bona q̄ fece
rit vel mala q̄ tollerauerit ſint ei ī pñiaʒ. hoc ītellige ſi ipʒ
pctōꝝ penitet ⁊ dicit ſe paratũ facere qđ debet: ſʒ illđ on⁹
pñie ferre nō poſſe: tũc quātũcũqʒ deliquerit nō debet di
mitti ſine abſolutiōe ne ſe deſperet. Sʒ ſi dicit ſe nō poſſe
dimittere odiũ vl' caſte viuere: vel alienũ nō velle reſtitue
re: vel aliud huiuſmōi q̇cq̇d ſit vitare cũ poſſit: abſolui nō
debet ſm Tho. q: vt dicit Grego. ij. q. iij. c. Tũc vera eſt
abſolutio ꝓſidētis cũ ſequiť arbitriũ iudicis. Sʒ ſi talis in
durat⁹ ꝯfiteri vult ſʒ nō abſtinere: audiať: ſʒ nō abſoluať:
aliq̇d tm̄ pōt ei iniũgi: declarādo ei ꝙ nō ē abſolut⁹. ⁊ hoꝛ
teť eũ faciat bonũ qđ pōt: vt de⁹ coꝛ ei⁹ illuſtret ad pñiaʒ
vt diciť de. pe. di. v. c. falſas. ⁊ ſic nō dimittať ſine ꝯfeſſiōe
⁊ quāuis inſtet ꝓ abſolutiōe: nō pōt ſibi dari: etiaʒ ſi dicat
eē ſcandalũ. q: phariſeoꝝ eſt. ij. q. iij. c. inter ꝟba. Videat
tm̄ ꝯfeſſoꝛ ne īponendo pñias vileſcat auctoꝛitas eccleſie
ne poteſtas clauiũ ꝯtemnať. de. pe. di. j. Sũt q̇ arbitranť

Et.l.di.c.abſit.⁊.c.ſi q̇s prepoſtera.cās pctōꝝ ſcidat. Sʒ ut meli⁹ ſacerdos ſe hēat: attēdat ꝙ nō tenet̃ ꝑciſe pn̄iaʒ canonis iponere. Sʒ eā pōt ex cauſa mutare ⁊ diminuere Nā oēs pn̄ie hodie ſūt arbitrarie. ut i.c.de⁹ q̇. de pe.⁊ re. ⁊ in.c.mēſura.de pe.di.j. Sʒ nō dʒ ſacerdos de facili recedere a pn̄ia ꝑ canonē determinata. ut notat̃ i iurib⁹ prealegatis. ⁊ ſic limita ⁊ reſtringe dictū. Jo.an.i.c.ut meſure. de emptio.⁊ vēditi. q̇ videt̃ velle ꝙ hodie iſti canones de nihilo ſuiāt. qđ nō ē verū: ut doctores dicūt i eodē.c. vide glo.in.c.ſūt plures.de pe.di.iij. hec abbas ſiculus i allegato.ca.ut mēſure.de emptio.⁊ vēdi. Et vide ꝑ Hoſti. intra eo.§.circa fi.v.ſic ergo q̄ʒuis canones. Et ꝓ maiori declaratiōe circa pn̄ie ipoſitionē notādū ꝙ triplex ē pn̄ia.ſ.ſolēnis.publica.⁊ ꝑuata. Solēnis ē illa q̄ fit i capite q̄dragesime cū ſolēnitate q̄ hēt̃ i.d.l.i capite.⁊ iponit̃ ſolū ab epo: vl' de ei⁹ mādato ſm Hoſti.in ſum.de offi.archiep̄. Publica v̄o pn̄ia ꝓprie dicit̃ illa q̄ fit i publico nō tn̄ cū p̄dicta ſolēnitate: ut cū iniūgit̃ ꝑegrino ire ꝑ mundū cū baculo ⁊ pera bn̄dictis ⁊ huiuſmōi. hāc pōt imponere q̇libet ſacerdos pochiano ſuo: niſi adſit i ꝯtrariū ꝯſuetudo in aliq̄ eccl'ia. Priuata āt pn̄ia dicit̃ illa q̄ quotidie fit ſaltē ſemel i āno: cū q̇s ſecrete ⁊ ſoli ſacerdoti pctā ſua cōfitet̃. ut de.pe.di. iij.iuſt⁹.⁊.c.repiunt̃.⁊.c.oīs.d̄ pe.⁊ re. Et hāc pōt iponere etiā q̇libʒ ſacerdos. Sʒ qm̄ regulariter ꝓ quolibet mortali pctō dʒ ſeptēnis iponi pn̄ia.xxxiij.q.ij. hoc ipʒ ⁊.§.ſe. Et.xxij.q.j.p̄dicādū. niſi maior vl' minor iueniat̃ per canones exp̄ſſa. Jō eos: ut maturi⁹ ꝓcedat̃: ⁊ ne alicui ignorātia ſit occaſio delinquendi: hic inſerere volui cōpoſitos ⁊ cōpilatos ꝑ. R. D. epm ciuitateñ. ad lr̄aʒ ſic ipe cōpoſuit ſatis abūde: ⁊ alijs clari⁹ vtiliuſve.

## Incipiunt canones penitentiales per epiſcopū Ciuitateñ. compoſiti.

Et alijs clarius. ſʒ q ſūt q hos canones pn̄iales ꝯpilarūt ⁊ i breuitatē redigere curarūt? Dic ꝙ mlti ſūt. videlicet Hoſti. i ſua

ſūma.de pe.⁊ re.et dicit eē xlvj. Jtez egregiꝰ Bar.de chaimis de mediolano or dis minoꝝ i ſuo interroga torio ſiue cōfeſſionali:qđ in cipit.Cū ars artiū ſit regi mē aīarū.in fine fere tracta tus ſapientiſſime canones pñiales ſcripſit.Et in An. Cōfeſſio.vj.reperiunt̄ cano nes pñiales reducti ad.xx. ſcripſit etiā eos ille Clemēs ſācti ꝰhiſpanꝰ i ſuo.li.ſacra mētali dicto:et plures alij. Sz magis mihi placuit eps ciuitateñ.

Dominꝰ mecū ē tan q̄z bellator fortis. Sicē dicit btūs Augu. Cōfeſſor igno rās canones pñia les q̄ztum ad bonā executionē vix meret̄ dici ſacerdos. ut ponit̄.xxxviij.d.c.q̄ ipis. Si cecus cecū ducat:āboi foueā cadūt. Mathe.iij.⁊ Lu.vj. Jō ꝑpt̄ informatio nē ſimpliciū ſacerdotū curā aīarum hñtiū ponā aliquos canones ꝑ pec catis a iure taxatos quos vnuſq̄ſq3 p̄ſbyter curatꝰ tenet̄ ſcire ſub pena pcti mortalis. ¶ Primꝰ canō ē ꝙ p̄ſbyter fornicās publice ⁊ notorie tenēs ꝯcubinā incluſā:⁊ ſacco indutꝰ vł cilicio:tribꝰ mēſibꝰ in pane ⁊ aq̄ ieiunet ꝑ ſpaciū ſeptē ānoꝝ.quolibet āno tribꝰ mēſibꝰ.exceptis feſtiuitati bꝰ ⁊ tūc modico vino vtat̄.⁊ ſexta feria ſemꝑ ieiunet i pa ne ⁊ aqua.ut ponit̄.lxxxij.di.p̄ſbyter.Et hoc idē intellige de adulterio vł inceſtu notorio ¶ Jtē p̄ſbyter q̄ cognouit filiā ſuā ſpūalē vł monialē vł ꝯfeſſatā vł baptizatā.iij.an nis peniteat.Et ſi eſt ep̄s.xv.ānis peniteat.xxxviij.q.j.c.ſi q̄s ſacerdotū ⁊.c.nōdū. ¶ Jtē ſi q̄s accepit ſpōſā alienā ꝑ ꝟba de p̄ſenti.vij.ānis peniteat ⁊.lx.diebꝰ in pane ⁊ aq̄ ie iunet.extra.de ſpōſali.c.dudū. ¶ Jtē ſi q̄s deuotā ſiue mo nialē cognouit.x.ānis peniteat.ut notat̄.xxvij.q.j.c.deuo tā. ¶ Jtē p̄ſbyter cātās miſſā ⁊ nō cōmunicās.j.annū pe niteat.nec iterū celebret.de cō.di.ij.relatū. Jtē ſi q̄s ꝯ na turā peccauerit ſi ſit cłicꝰ dz deponi.⁊ ſi icorrigibilis ē dz recludi in monaſterio.⁊ ſi ſit laycus dz excoicari.extra.de exceſ.p̄la.c.clerū.q2 hoc pctm̄ maiorē meret̄ pñiā q̄z ſi ali q̄s cū ꝓpria matre coiret: ut ponit̄.xxxij.q.vij.c.adulter. ¶ Jtē nuptias clādeſtinas faciētes puniunt̄.⁊ etiā ſacer

+.c.cū./nhibitio.



dos ſi p̄ſēs ē punit̄ niſi fiāt ī facie eccl'ie. extra. de clādeſti:
deſpō. ¶ Itē q̄ cognouit filiā ſuā ſpūalē vl' cōmatrē ⁊ etiā
q̄ ꝯſentit eiſ. vij. ānis peniteat. xxx. q. c. nō opoꝛtet ¶ Itē ſi
q̄s recepit alicuiꝰ deſpōſatā vl' nuptā. vij. ānis. ⁊ p. xl. dies
peniteat. ī pane ⁊ aq̄. extra deſpō. ca. accepiſti. ¶ Itē ſi pr̄
⁊ filiꝰ cū vna muliere doꝛmiuerint. aut ſi q̄s cū mr̄e vl' filia
vl' cū duabꝰ ſoꝛoribꝰ coierit. vij. ānis peniteat. xxxviij. q. iij
c. cū pr̄. ¶ Itē ſi q̄s monialē cōꝛruperit. vij. ānis peniteat:
⁊ a cōiōe ſepet̄. ⁊ ſi ꝯ̄xerit ip̄o facto ſint excoicati. xxvij. q.
j. c. eos. de cōſā. ⁊ affi. ¶ Itē ſi q̄s mr̄eꝫ vl' filiā vl' duas ſoꝛo
res vl' nuptā vl' neptē ſciēter cognouerit. perpetuo careat
ꝯiugio. extra de. eo q̄ cog. ꝯſāg. vxo. ſue. c. ex lr̄is. ⁊. xxxij. q.
vij. c. ſi q̄s. viduā. ⁊. viij. ānis peniteat. xxxviij. q. iiij. c. ſi pr̄
⁊. c. vlti. ⁊. xxv. q. iij. ¶ Si q̄s ignoꝛās cognouerit ſuas ſo-
roꝛes vl' matrem vl' filiā vno āno peniteat. xxxiiij. q. vlti.
¶ Itē zelās ſe cognouiſſe mulierē quā ꝯtraxit frater eiꝰ.
vij. ānis peniteat. xxx. q. iij. ¶ Itē ſi q̄s frāgens ſpōſalia fi
liarū. iij. ānis peniteat. xxxj. di. c. vnico. ¶ Itē cognoſcēs v
xoꝛē adulterā. iij. ānis peniteat. xxxij. q. j. c. ſi quis. ⁊ extra
de eo q̄ cog. ꝯſāgui. vxo. ſue. c. ex lr̄is. ⁊. xxxij. q. vij. c. ſi q̄s vi
duā. ⁊ grauiꝰ punit̄ iceſtꝰ q̄z adulteriū. xxxij. q. viij. c. adul
ter. ¶ Itē ſi voluiſti foꝛnicari ⁊ nō potuiſti. Aut ſi pollutꝰ
fuiſti ī ſōno p̄ malā delectationē. Aut obſculatꝰ fuiſti ille-
cebꝛā mulierē q̄ꝫtūcunqꝫ. v. aut ſepteꝫ diebus peniteas.
¶ Itē ſi abuſus fuiſti vxoꝛe tua vl' ī die dn̄ico vl' ī alijs feſti
uitatibꝰ ſctōꝝ ꝯcubuiſti cū ea vl' in q̄dꝛageſima. vij. diebꝰ
peniteas. ¶ Itē ſi q̄s ꝯmiſit adulteriū cū vxoꝛe aliena. vij
ānis peniteat. ¶ Itē ſi q̄s foꝛnicatꝰ ē cū v̄gine. iij. ānis pe
niteat. vno ex his ī pane ⁊ aq̄ ⁊ ſi cū vidua. ij. ānis. penite
at. Itē ſi foꝛnicatꝰ fuiſti cū ſctā moniali. xv. ānis peniteas
⁊ tres ex his in pane ⁊ aqua facias. ¶ Itē ſi peccaſti cū iu
mēto. aut cū alijs aīalibꝰ. vl' feciſti ſodomiā. xv. ānis peni
teas. ⁊. v. ex his in pane ⁊ aqua facias. ¶ Itē ſi q̄s vir hn̄s
vxoꝛē cū alia ꝯcubuerit. vij. annis peniteat. et tres ex his

in pane ⁊ aqua faciat. ¶ Jtē ſi fuiſti luxuriat⁹ die veneris ſctā cum vxore tua duabus ſeptimanis peniteas. ¶ Jtē ſi quis cū filia vel cōſanguinea vel nepte ſua peccauerit: oībus dieb⁹ vite ſue peniteat. ⁊ elemoſynas multas faciat ⁊ in domo ſua nō maneat. ¶ Si q̇s cū vidua patris ſui vl' vxore: vel cū germana ſua ſiue cognata ſua. Vel ſi pr̄ turpitudinē filie ſue reuelauerit. Vel cū filiaſtra ſua coierit: decē annis peniteat. ⁊ peregrinus incedat. ⁊ tres annos ex his in pane ⁊ aqua faciat. ¶ Si quis cū cōpatre vel cū cōmatre ſua de fonte vl' de chriſmate peccauerit vel coierit: quindecim ānis peniteat. ¶ Si quis cū duabus ſororibus ſuis coierit vel nupſerit vſq; ad extremū vite ſue peniteat. ¶ Si q̇s vxorē legitimā dimiſerit: ⁊ cū alia nupſerit: talis cū chriſtianis non mādu cet: ⁊ nullus ei aſſociet̄.
¶ Si quis epiſcopus vel preſbyter vel diaconus vxorem acceperit ab ordine deponatur.
¶ Primū veriꝰ ē. Sꝫ nota ẜm Sco. in. iiij. di. xxiiij. ꝙ ibi ſunt due forme ptiales. In qua ruꝫ altera cōfert̄ ptās cōficiēdi eu chariſtiā. In re liq̄ ptās abſoluē di in penitentia. Et iſtis cōiungū tur due materie hoc ē duo ſigna viſibilia. Propͥa forma pͥme ma terie eſt traditio calicis et patene cū hoſtia ꝛ vino: ut dicit Tho. et verbis. Accipite ptātē celebrandi et c. Secūda for ma eſt impoſitio manꝰ epi ſup ca put cū verbis. ſ. Accipe ſpūꝫ ſan ctū quoꝝ. ꝛc. ut dicit. S. Bona vē. ꝛ Pe. de tarā taſio. ut ſic epus cōcorditer agat ſūmo epo xpo: q prius cōtulit po teſtatē ap'lis cōfi ciēdi q̄ꝫ abſoluē di.

ſit fctū. Si ꝟo iſtꝺ fuerit obſeruatū ⁊ aliq̇ꝺ ꝺ ꝓdictis alijs fuerit omiſſum: nullo mō ꝺƺ iterari ordinario: ſƺ qꝺ omiſſū eſt ꝺƺ ſuppleri ab ep̄o ī alia ordinatiōe: ⁊ interī nō celebret. vn̄ qn̄ aliq̇ꝺ omiſſū ē ī ordinatiōe ⁊ erat ꝺ neceſſitate ſeu ſubſtātia ordinis: ſic totū ē iterādū Si ꝟo ſit ꝺ bn̄ eē: ī alia ordinatiōe ſupplebit̃ ⁊ ab eodē ep̄o ordināte: ſi pōt: ſm Inno. i. c. pſbyter. ꝺ ſacra. nō iter. Nec an̄ ſupplctionē pōt exeq̇ ea q̄ ſūt illiꝰ ordīs. ar. lij. di. ſolicitudo. hec ex Inno. ⁊ Hoſtiē. i. ꝺ. c. pſbyter. nec poterit talis ſuppletio fieri niſi tp̄e debito ad ordīes. ar. pſa. c. ſolicitudo. Ep̄atꝰ ordo quo ad characterē ſuſcipit̃ in vnctiōe capitis ex chriſmate. Sƺ hoc nō ē ver. p. c. vnicū. ī pncipio. de ſacra vnctiōe. vbi dicit ſupplēdū qꝺ ē omiſſū. Imprimit̃ ergo ex īpoſitione manuū ep̄oꝝ ſup caput eius: vt pōt elici ex. ca. ep̄us. iuncta. glo. xxiij. di. Nec obſtat. c. vltimū. de. ſacris nō iterādis. q loquit̃ de īpoſitiōe q̄ fit diacono ⁊ ſacerdoti q̄ nō eſt de eſſētia. Pſalmiſtatꝰ ſeu pma tōſura cōfert̃ cū capilli ſcinduntur ab epiſcopo in eo qui tonſurā ſuſcipit.

*¶ Que de neceſſitate ſunt in ordinatiōe: ſi omiſſa fuerint totum iterat̃. Si vero ſunt de bene eſſe in alia ordinatione ſuppleant̃. et vide copilate in Ange. ordo. po.*

*Character ep̄atꝰ qn̄ imprimat̃.*

*¶ Prima tonſura.*

## ¶ Capitulum. lviij.

¶ De officio ad qꝺ quilibƺ pmotoꝝ dirigat̃

ACtus oſtiariorū eſt oſtium eccl'ie cuſtodire ne īdigni accedāt. vt teſtat̃ Alexāder ꝺ alis in. vj. ſumme. Oſtiarius idē qꝺ ianitor dicit̃. nā ī veteri teſtamēto. pmi paralipo. v. oſtiarij electi ſunt ad cuſtodiam tēpli:

*¶ Actꝰ oſtiariorū. ꝺ officijs ordinatoꝝ ⁊ ep̄i vide in decretis di. xxv. perlectis ⁊ xxj. di. cleros vbi agit̃ vn̄ notādū eccl'iaſticoꝝ graduū ſumat̃. vide etiā de officijs eiuſmōi in.*

vt nō igrederet in illud imund⁹ ſpūs i oī re. vñ oſtiarij dicti ſunt eo ꝙ preſint oſtijs tēpli ipſi enim renētes claues oīa int⁹ extraqȝ cuſtodiūt atqȝ inter bonos ⁊ malos hñtes iudiciū: fideles recipiūt: ⁊ ifideles abijciūt. xxj. di. cleros in fine. ⁊. xxv. di. ꝑlectis. ¶ Lectoris officiū eſt lectiōes ꝓnūciare: ⁊ ea q̄ ꝓphete ꝓnūciauerūt ppl'is p̄dicare. xxv. di. ꝑlectis ⁊. xxj. di. cleros. Quō dȝ ordinari hētur. xxiij. di. c. lector. ſȝ meli⁹ i paſtorali epoꝝ. ¶ Act⁹ exorciſtaꝝ arcere demones ne dñentur i corpore nōdū baptizati ſcȝ ꝑ ꝯiuratiōes. vñ ad exorciſtas ꝑtinet exorciſmū memoriter tenere manuſqȝ ſuꝑ energuminos. i. lunaticos ⁊ obſeſſos a demonib⁹ ⁊ cathecuminos in exorcizādo iponere. text⁹ ē in. c. ꝑlectis. xxv. di. Exorciſta ex greco i latinū adiurās ſiue icrepās vocat. dicit. text⁹ in. c. cleros. circa finē. xxj. di. ¶ Act⁹ accolitoꝝ eſt deſignare lumen euangelij in lumīe corꝑali ſm Alexā. vbi ſuꝑ ita ꝙ eoꝝ officiū ē preparare luminaria ⁊ ipſa portare corā miniſtris altaris. xxv. di. ꝑlectis. xxiij. di. §. deſuientes. ¶ Act⁹ ſubdiaconoꝝ ē accipere oblatiōes ab offerētib⁹ eaſqȝ offerre diacono. Subdiacon⁹ iō appellat qꝛ ſubiacet ⁊ p̄ceptis ⁊ officijs leuitaꝝ: oblationes leuitis defert. xxj. di. cleros. Itē ad ſubdiaconū ꝑtinet calicē ⁊ patenā ad altare xp̄i offerre ⁊ leuitis tradere ⁊ eis miniſtrare: vrceolū cū aq̄ ⁊ manuſtergiū corā ep̄o ⁊ p̄ſbyteris ⁊ leuitis tenere: ⁊ ꝓ lauādis manib⁹ añ altare aquā p̄bere. xxv. di. ꝑlectis. Legere aūt

iiij. ſentētiaꝝ. di xxiiij. ⁊ ibi theologos. vide etiaȝ Iſidoꝝ in. li. vj. ethimologiaruȝ ⁊ i ſūmiſtis theologis ⁊ canoniſtis ſuis locis. reꝑies in. iiij. ſniaꝝ vbi ſupra ꝙ dñs ꝓ⁹ fuit eiuſmōi ordinatorū officijs: ⁊ qñ. ideo ibi vide. ⁊ in Ratiōali. vide d̄ omnibus officijs ordinandorum: ⁊ quare ſic nominentur. parte ſecunda. vbi etiaȝ de ornamentis eccleſie ⁊ ſacerdotum.

¶ Nõ est a-
ctus principalis.
ut notat in An-
gelica. Ordo. pri
mo. §. vij. ꝓpte
rea legit̃ aliqñ a
nõ ſubdiacono.

¶ Epiſtola
ẽ. Diminutio eple

eplãs nõ est actꝰ eoꝝ principalis ſed ꝯſequẽs
Et epl'a q̃ in re diuina legit̃ ſic põt diffiniri.
Epl'a eſt doctrina pauli ad eccl'iaꝫ vel ad ali
quã ꝓuatã pſonã miſſa: vel Joannis aut Ja
cobi: vel alteriꝰ loci ſacre ſcripture: vt ex illa
ꝑtingere poſſint fideles btitudinẽ. Uel epl'a
eſt oro lingue humane facunda vicaria vo-
luntatis abſentiũ nũciatrix. ¶ Actus diaco-
noꝝ ſeu officiũ ẽ ordinare hoſtias in altari ſa
cerdotibꝰ ⁊ miniſtris aſſiſtẽdo in oibus que
agunt̃ in ſacr'is xp̃i. ꝑdicare euangeliũ. dona
re pacẽ ⁊ annunciare. xxv. di. ꝑlectis. §. ad di
aconũ. ⁊. xciij. di. in multis capitulis Sꝫ lege
re euangeliũ vel ꝑdicare ſꝫm Alexandrũ vbi
ſupra eſt actꝰ ꝯſequẽs. ¶ Diaconꝰ euchari-
ſtiaꝫ nõ põt diſpenſare. de. con. di. ij. ꝑuenit:
niſi neceſſitate cogẽte de iuſſu ep̃i vel p̃ſby-
teri. xciij. di. p̃ſẽte. Uel ſi longe eſſet ep̃s vel
preſbyt ⁊ neceſſitas cogeret: poſſet ſine alia
licẽtia ea. di. c. Diacões ¶ Eſt euangeliũ bo
na nũciatio. ⁊ dicit̃ ab eu qd eſt bonũ: ⁊ ange
los annũciatio: q̃ſi bona nũciatio. Euãgeliũ
ſtando ⁊ nõ ſedẽdo audiat̃. de cõ. di. j. in. c. au
ctoritate. ¶ Actꝰ preſbyteroꝝ eſt ſacr'm cor-
poris ⁊ ſanguinis dñi ꝯficere. ⁊ eſt actꝰ ꝑnci
palis. aliꝰ eſt ꝯſequẽs ſcꝫ ligare ⁊ ſoluere: ꝑ
quẽ actũ corpꝰ myſticũ preparat̃: vt ſit aptũ
⁊ idoneũ ad ꝑceptionẽ corpis xp̃i veri. Di-
cũt etiã preſbyteri orones: ⁊ bñdicunt dona
dei. vt dicit̃ in. c. perlectis. xxv. di.

¶ Diaconꝰ tp̃e
neceſſitatis cor-
pꝰ xp̃i diſpẽſare
poteſt.

¶ Diffinitio. e-
uangelij. ⁊ vnde
dicat̃. Et q' ſtan
do audiatur.

¶ De hac mate
ria. ſ. de his qui
per ſaltũ promo
uent̃ et de his q
furtiue ordines
ſuſcipiũt vide ſu
is ꝓpiis titulis
in decretalibꝰ. ⁊
ibi doctores. et i
Ange. vbi de ir-
regularitate.

## ¶ Capitulum. lix.

¶ Sit ſuſ-
pẽſus. d quo no

¶ Utrũ de neceſſitate character vnius ordi

nis p̃ſupponat characterẽ alteri⁹ ordinis. ⁊
vtrũ p ſaltũ ordines ſuſcipiẽs recipiat chara
cterẽ ſuperioris ordinis. ⁊ ꝙ in mortali ordi
nes ſuſcipi non debeant.

[C]haract̃ vni⁹ ordis nõ p̃ſup
ponit de neceſſitate chara-
cterẽ alteri⁹ ordis: ſʒ de bñ-
eẽ ſic. ⁊ hoc tenẽt doctores
in. iiij. di. xxiiij. vñ nõ ſubdia
conus põt ordinari i diaco-
nuʒ: ⁊ nõ diacon⁹ in ſacerdotẽ: lʒ nõ debeat.
imo ſi q̃s aliq̃d tale fecerit de rigore iuris dʒ
deponi Et talis peniteat agẽs pñiaʒ eo ꝙ ſic
craſſe ignorãter vl̃ negligẽter mediũ ordinẽ
pretermiſit: ⁊ ad ordinẽ p̃termiſſum poterit
ꝓmoueri ſic vt canonica iura diſponũt Sʒ in
teriʒ a ſupioris ordis executiõe ſit ſuſpenſus
gradati ergo aſcendẽduʒ eſt. teſte Gregorio.
Ordinate ad ordinẽ aſcendendũ eſt. nã caſũ
querit ⁊ aperit qui ad ſũmi loci faſtigia poſt
poſitis gradib⁹ p arrupta q̃rit aſcẽſũ. di. xlviij
c. Sicut neophit⁹. Queri põt p̃terea vtrum
charact̃ alicui⁹ ordis p̃ſupponat tõſurã rñde
ꝙ lʒ Hugo dicat ꝙ null⁹: niſi hẽat p̄mã tõſu
raʒ: põt ordinari i ſacerdoteʒ: ſm Doctores
theologos põt: quãuis nõ debeat: q̃ cõmunit̃
dicũt ꝙ charact̃ ordis nõ p̃ſupponit de necci
tate p̄mã tõſurã: ſʒ ẽ ſani⁹ añ ordinẽ poſt ꝯfir
matiõeʒ ſuſcipe tõſurã: vt eccl'ia ꝯſtituit. vñ
dicũt nõ tõſuratũ ordinari poſſe: lʒ nõ dẽat fi
eri. q2 tõſura ſm Alexãdrũ d' alis i. vj. ſũme ẽ
diſpoſitio ꝯgruẽtie ad ordĩes nõ: neceſſitatis

ta in Angelica. Irregularitas. p̄mo. §. xxxvj. et vide Archi. i. c. ſolicitudo. liij. di. ¶ Qui extra tp̄a ſtatuta ordines recipit niſi d' licẽtia ſedis aplĩce: irregularitatem incurrit. di. lxxv. ca. vltimo. de tẽpo. or. c. ij. ⁊ c. cũ quidã. et ca. cõſultationi. Sed q2 materia irregularitatis ẽ lõga: ſupſedeam neceſſe ẽ. tu tñ vide in Hoſtiẽſi et baptiſtiniana et Ange. cũ ibi notatis: ⁊ tibi ſufficiet.

¶ Tõſura de neceſſitate non preexigit̃: ſed de bene eſſe ſic.

¶ Conſtituit. dicit eni Alexãder i. vj. ſũme ante ordis ſuſceptionẽ ſe quiſq3 per ꝯfeſſionẽ preparet. In pctõ mortali nõ accedat. p̄mã tõſurã non negligat. ꝙ i mortali nõ promoueant̃ ordinãdi ſiue promoueri nõ debeãt. patet. de tp̄o. ordi. c. ex tuaꝝ tenore

¶ Notādū inſuꝑ. Charact epālis ſacerdotalē characterem p̄ſupponit.

¶ Pōt tñ. ꝙ ſubdiacon⁹ in epm̄ eligi pōt.

¶ Ex litteris aliqui dicūt ꝙ q̄uis nō ſit ſacerdos ſuſcipit characterē ſʒ nō executionē: ⁊ allegant hoc. c. ex litteris. ſignāter in angelica. irregularitas. j. §. xxxvij. ⁊. xxxviij cū ibi notatis.

¶ In mortali nullus: quicūqʒ cum pctō mortali aliquod ſacrū officiū ptractat peccat mortaliter. ⁊ quādocūqʒ exhibet ſe i aliquo acto vt miniſtrū eccleſie mortaliter peccat. ⁊ totiēs moꝛtalit̄ peccat quotiēs huiuſmōi actū facit. hec thomas ſuꝑ. iiij. ſententiaꝝ. di. xxiiij. in fine. q. ꝑme. ⁊ ꝯcordat. iij. pte. q. lxiiij. ar. vj. ⁊ j. q. j. c. mlti ſecularium. circa. ſi. vbi dicit̄. pollui-

qꝛ ad eē ordīs tōſura nō ꝑtīgit: ſʒ ad bñ eē ſic. Notādū inſuꝑ ꝙ ſcdm̄ illos q̄ ponūt epātum eſſe ordinē: ꝙ character epālis p̄ſupponit characterē ſacerdotalē: ⁊ in veritate ſic ē ſm̄ Theologos. qꝛ nō ſacerdos nullo mō poteſt eē epūs. vt hētur. extra. de exceſſi. pla. c. ex lr̄is. Pōt tñ eligi ſubdiacon⁹ i epm̄: ⁊ iſtō videt̄ ſētire text⁹. extra. d̄ eta. ⁊ q̄li. c. a mltis ⁊ idē facit text⁹ i. c. null⁹ i epʒ. di. lx. Ordo. n. ſacerdotal' ē q̄ſi ſubſtātiale fundamētū ordinis epālis. ⁊ ſi in aliquo nō bñ dixi aut i dicēdis errare cōtingat: obſecro et ꝓteſtoꝛ hēat̄ tā ꝙ nō dictuʒ: ⁊ ſctē mr̄is eccl'ie determinationi ſubmiſſū: cū intētio cōpilantis ē ꝑficere ⁊ nō errare. ¶ Secundā capituli partē iā tēpus eſt abſoluam⁹. In q̄ queri pōt vtrū q̄ ꝑ ſaltū ſuſcipit ordines recipiat charactareʒ ſuperioris ordinis. Et ad hāc queſtionē R̄ndet frater Angel⁹ in ſūma irregularitas primo. §. xxxvij. ⁊ dicit ꝙ ſic ſcd̄ʒ cōmuniter theologos. Fallit hoc in epō: q̄ niſi ſit ſacerdos non ſuſcipit characterē epiſcopalē ſm̄ Raymūdū: ſed veri⁹ credit̄ ꝙ ſuſcipit characterē ſʒ nō executionē ſi nō eſt ſacerdos. c. ex lr̄is d̄ exceſſi. platoꝝ. Sʒ ſi ē ſacerdos lʒ nō hūerit aliquē alioꝝ ordinū etiā ſuſcipit executionē. qꝛ pōt ꝯferre oēs ordies ꝑter illū quē nō hēt j. q. j. c. gr̄a. et. q. vij. daibertū: licʒ peccat moꝛtal'r. et ſi daret illū ordinē quē nō hʒ icideret i penā. de q̄ agit̄ i. c. j. ⁊. ij. de. cleri. nō ordina. miniſtrā. Et ille tal' nō eſt ordinat⁹. vt hētur i āgelica. Irregularitas. j. §. xxxvij. ⁊. xxxviij.

In mortali nullus accedat ad ordines ſuſcipiẽdos. qm̃ id facere non debẽt. de tp̃o. or. c. ex tuarũ tenore. ⁊. c. ad aures. Sʒ cũ cõtritione poſſunt ordines ſuſcipi ſm Ange. ordo. iij. licet diuerſa ſit opinio. excepto qm̃ vult dicere miſſam. de quo dic vt dicit in dicta ſumma. Euchariſtia. ij. §. v.

## ¶ Capitulum. lx.

¶ De cõditiõibus q̃ requirunt in ſuſcipiẽte ordines. ⁊ qui prohibent ordinari. et alijs q̃ neceſſe eſt ſciantur.

Quattuor requirunt in ſuſcipiẽte ordines p̃cipue. Primũ ẽ ſex⁹ debit⁹. ſ. ꝙ ſit maſculus. vñ mulier nõ poterit ordinari. qꝛ mulier ſm Alexãdrũ in. vj. ſũme nõ põt recipere characterẽ ordis: qd teſtat Ambroſi⁹ ſup ep̃lam ad thimoteũ: ꝓpter qd etiã remouent hermofroditi et feminini. ¶ Scđm eſt etas legitima. ita ꝙ ſubdiaconus hẽat. xviij. annos. Diaconus. xx. Preſbyter. xxv. Et in his tribus ordinibus maioribus annus ſufficit inchoat⁹. ꝙ tãta etas requirat ꝓbat per cle. generalẽ. de etate ⁊ q̃li. ordi. Si tñ aliq̃s ante dictã etatẽ ordinet. ſuſcipit characterẽ ordinis ſʒ nõ executionẽ vſqʒ ad cõpletũ tẽpus. ut notat in dicta. cle. generalẽ: nec ep̃s põt diſpẽſare: q̃zuis aliq̃ dicant ꝙ ſic. ꝙ ep̃s diſpẽſare nequeat circa etatem quo ad ordines notat in glo. penul. i. cle. generalẽ. ſupra allegata. q̃ approbat per doctores. Joan. de

mus panẽ. i. corpus xp̃i: qñ indigne accedim⁹ ad altare.

¶ In mortali. et c. Nullus ordines ſuſcipiat in mortali: ſʒ cũ ꝯtritiõe ſuſcipere põt. Et de hoc vide in An. ordo. iij. §. iij.

¶ Mulier nõ põt ordinari. ⁊ ſi de facto det: nihil fit. qꝛ characterẽ nõ ſuſcipit. ut notat. Ricar. i. iiij. di. xxv ar. iiij. q. j. Nec obſtat. c. p̃ſbyter et. ca. mulieres. xxxij. di. i qb⁹ vocat p̃ſbytera. et ca. diaconiſſaʒ. xvij. q. j. et. ca. ſacratas. xxiij. di. qꝛ nõ ẽ ab ordie ſʒ a p̃latiõe dicit abbatiſſa diaconiſſa.

¶ Hermofroditi. xxxvj. di illiteratos. xlix. di. c. ſi. ⁊ ſi ordietur nõ ſuſcipiũt characterẽ niſi p̃ualeat ſex⁹ virilis. Si eq̃lis eẽt nõ ſuſciperet. ut notat i Angeli. ordo. iij. §. xxj.

¶ Etas legitima. vide in

imola. ⁊ Zaba. Sꝫ ut rite ſe hēant ordinādi circa etatē attēde qꝑ q̇ hodie ꝓmouent̃ ad ſacros ordines añ legitimā etatē iā ſupi⁹ memoratā. Uel extra tpa a iure ſtatuta. vl' ſine litterijs dimiſſorijs: ſūt ip̄o facto ſuſpēſi. et ſi huiuſmodi ſuſpēſiōe durāte: ſe imiſcuerint diuinis: ſūt irregulares: ⁊ pñt bñficijs ꝑuari ut in extrauagāte Pij pape. ij. q̄ incipit. cuꝫ ex ſacroꝝ ordinū ⁊c̄.

℄ Extrauagans Pij pape. ij. circa etatē ordinandorum.

Ad ep̄at⁹ ordinē exigūtur triginta āni cōpleti. ut in. c. cū in cunctis de electiōe in principio. Aliq̄n in fauorē ecc'ie ex diſpēſatiōe aliq̇ ꝓmouēt̃. ℄ Poſtq̄ꝫ vo q̇s excesserit ſeptimū ānū cōpletū tōſurari pōt. de tp̄o. or. c. fi. li. vj. ⁊ in. ca. in ſingulis. lxxvij. di. Itē vltra ſeptimū ānū pōt ordinari cl'icus oſtiari⁹. lector. exorciſta: ut i. d. c. in ſingulis. ⁊ q̇cūqꝫ cōferret ante p̄dictā etatē niſi religionē intraret ſuſpēſus ē ip̄o facto ꝑ ānū a collatiōe eiuſdē ordīs. d e tp̄o. or. c. nullus. li. vj. Ad accolitatū pōt q̇s ꝓmoueri vltra duodecimū annū. vt i. d. c. i ſingul'. ⁊. lxxvij di. in ſūma.

℄ Poſtq̄ꝫ. de etate que reqrit̃ in minoribus ordinibus.

℄ Que etas requirat̃ in bñficijs. ordinib⁹ religiōe notat late et compendioſe Henric⁹ in. c. ſup ordinata. extra de p̄bēdis

℄ Que etas reqrat̃ in bñficijs. ordinib⁹ ⁊ religione. vide ꝑ henricū. in. c. ſup ordinata. extra. de prebendis. et in Angelica. vbi lati⁹ de etate poteris videre.

℄ Monialis nō admittit̃ ad eligendū actiue niſi. xij. annū expleuerit ⁊ ꝓfeſſa ſit tacite vel exp̄ſſe. In abbatiſſā aūt vel p̄oriſſā: vbi monaſteriū ꝑ prioriſſā gubernat̃: aliq̄ nō eligitur: niſi. xxx. annū expleuerit ⁊ expreſſe profeſſa fuerit ordinē regularē. habent̃ hec i. c. Indemnitatib⁹. de electiōe. li. vj. ℄ Tertiū eſt morū honeſtas bona vita ⁊ fama. cū eniꝫ

℄ Tertiuꝫ. De qualitate ordinandorum.

porte dignitatũ vel ordinũ infamibus ⁊ indignis patere nõ debeãt. ut habet͂ extra. de regu. iu. li. vj. regula infamib⁹. ⁊. lxxxj. di. c. tãtis Daniel. ⁊. c. dictũ. ⁊ de iure iurãdo. c. relatum. Jtẽ aplꝯs circa hoc oſtendit cui⁹ conditionis promouẽdus eſſe debeat: aut poti⁹ q̃rũ cõditionũ ⁊ quos mores hẽre tenetur. dicẽs. Oportet epm ſine crimine eſſe: vnius vxoris virũ: ſobriũ: prudẽtem: pudicũ: ornatum moribus: hoſpitalẽ: doctorẽ: nõ vinolentum: non percuſſorẽ: modeſtum: nõ litigioſũ: non cupidũ: non neophitũ. i. nouum in fide: ſue domui bene prepoſitũ: ſic intellige: ut ſciat regere domũ ſuam ideſt cõſciẽtiã: ⁊ deinde alios. nam qui ſe regere neſcit: minus ſciet alios regere. Et licet iſta auctoritas videatur intelligi de epiſcopo. tamen ſm̃ Auguſtinum ⁊ Ambroſiũ extendenda eſt ad alios ordinandos. di. lxxxj. apoſtolus. ⁊. di. xxxiiij. cognoſcamus. De ſingulis cõditiõibus poſitis in auctoritate predicta: multa eſſent dicenda: tamẽ quia requirerent magnum tractatum quaſi ſuperficialiter pertranſibo dicẽs. ꝙ cum dicitur: ſine crimine: ꝙ non eſt intelligẽdum de omni crimine: cum nemo ſine crimine viuat: teſte Hieronymo dicente: res pene contra naturã eſt ſine pctõ aliquis ſit. Jdeo intelligendum eſt de crimine enormi: ſeu mediocri notorio ⁊ vulgato. ¶ Sed exiſtẽs in pctõ mortali ſiue occulto ſiue manifeſto pecccat mortaliter recipiẽdo ſacros ordines ſicut recipiendo alia ſacramenta. xl. di.

¶ Apoſtolus. pma. ad thimoteũ. iij. ⁊ ad Titum. po.

¶ Uni⁹ vxoris viruʒ. de hac materia vide lati⁹ per btũm hieronymũ i. ij. volumie in epl'a ad Oceanũ. de vita clicoꝝ. et etiã in leuitico pſinituʒ eſt. in. ca. quales eligi debeant ſacerdotes. vbi dicit͂. dixit dñs ad moyſen. Sacerdos vxorẽ accipiat v̓ginẽ. ex quo ſequit͂ ꝙ non debet eſſe corrupta alias talis bigamus ẽ. vñ de bigamia vide. i angelica. ſuo titulo proprio cum ibi notatis.

multi ſacerdotes. ⁊ tho. ī. iiij. di. xcv. illud. ⁊
xj. q. iij. audi. ideo quilibꝫ debet cōfiteri ante
q̄ꝫ recipiat ſacros ordines. Secūdo dicitur
in auctoritate: vni⁹ vxoris virū: qd̄ negatiue
ītelligit̄. i. nō pluriū. di. lxxxij. c. ꝓpoſuiſti. q2
ſi intelligeret̄ affirmatiue: ſequeret̄ ꝙ virgi
nes ⁊ qui nullā habuiſſent vxorē: nō poſſent
ꝓmoueri: quod eſſet abſurdū. ⁊ loquit̄ ap̄ſus
ſcōm morē p̄mitiue eccl'ie: in qua licitū erat
ordinatis hēre vnā vxorē: dūmodo habuiſ-
ſent eā virginē. nūc autē nō eſt licitū. q2 votū
caſtitatis ſacris ordinib⁹ eſt annexū. De bi
gamia ⁊ quot modis cōtrahat̄ vide in ange
lica ⁊ hoſtiēſi ⁊ in aliis doctorib⁹. Alie cōdi
tiones poſite in p̄fata auctoritate nō multū
ſunt obſcure: ideo eas ptranſibo. ¶ Sꝫ nota
ꝙ in diuerſis capitulis decretoꝝ ⁊ decreta-
liū colligūt̄ alie cōditiones q̄ debēt eſſe i or-
dinādo. ſ. ꝙ nō ſit ſolēniter penitēs nō curia
lis. nō ad ratiocinia obligat⁹. nō corpe vicia
tus. nō illegitime nat⁹. vt dicit̄ in angelica:
vbi de filio. ⁊ ordo. iiij. nō ſeru⁹. vt in angeli
ca. ſuit⁹. §. iij. ⁊. iiij. nō pegrinus. vel ignot⁹
vt in. c. cū nullus. de etate ⁊ quali. ordi. li. vj.
ſecus ſi cū litteris autēticiſ. ⁊ ſi ignoti exami
natiōe p̄uia cognoſcātur. nō minoris etatis
quā iura poſcūt. nō irregulares. nō ſuſpenſi:
nō coiugati. niſi velint religionē intrare. vel
ad ſacros ordines promoueri. c. fi. ō tēpo. or
dinā. li. vj. de quo dic vt ī angelica matrimo-
niū. iiij. §. viij. nō infames. nō illitterati. vt ī
c. null⁹ ep̄us. de tꝑoribus ordi. li. vj. Sꝫ ſi illi

¶ Nō neo-
phitū. xlviij. di.
§. prohibentur.
⁊. c. qm̄. ⁊ rō po
nit̄ ibidē. c. ſic.

¶ Pudicū.
vt notat̄. di. xliij
c. j. qd̄ incipit pu
dic⁹.

¶ Doctorē
in eadē. di. xliij
c. ſit rector agit̄
de diſcretione p̄
dicatoris ⁊ ſilen
tij. ⁊ ea. di. c. ſci-
m⁹. dicit̄ ꝙ ver-
ba p̄dicationis
p̄lati etiā pſecu-
torib⁹ ſuis ſub-
trahere nō d̄bēt
⁊ ea. di. c. in mā
datis hēmus di
citur. ꝙ porcis ⁊
canib⁹ ſacra nō
ſunt cōmittēda.
tādē vide totā il
lā. di. vtilē. n. eē
pro clericis non
negabis: ſi eā p
legeris.

¶ Eā virgi
ne. vn̄ bigami
nō ordināt̄. vt i
c. acuti⁹. xxvj. di
⁊. de bigamis p
totum.

¶ Votū ca
ſtitatiſ. ꝙ ſubdia
conus teneat̄ ad
caſtitatē. pꝫ. xxx
viij. di. §. j. ⁊. ij.

teratꝰ ordinet̃ characterẽ ſuſcipit. ar.c.veniẽs.de preſby.nõ baptiza.⁊ ď hoc vide in Angelica.clericꝰ.ij.§.j.⁊.ij. Itẽ ordinati ĩ diaconos vl' ſub diaconos a papa nõ poſſunt ſine eiꝰ licẽtia ab alio ordinari ad ſuꝑiores ordines.c.ĩ diſtribuẽdis.ď tpi.ordi.⁊ in.c.filiũ.j.q.j. ¶ Et in Alexandro noiant̃ plures ↄditiones ⁊ q̃litates q̃ ĩ ordinãdis requirũtur: ió ibi vide ⁊ de etate ⁊ q̃litate ordi.⁊ ibi abbatẽ.hoſtienſẽ.⁊ ſpeculatorẽ.⁊ theologos in.iiij.ſniaꝝ.di.xxiiij. De vita ⁊ honeſtate clericoꝝ.⁊ tõſura vide.iij.li.decretaliũ.ſub.eo.ti.de vita ⁊ honeſta.cleri.⁊ ibi per hoſtiẽſez.§. Sz in q̇bus eoꝝ. De corona clericoꝝ ⁊ ꝙ comã nutrire nõ debeant. vide in ĩRationali.parte.ij.q̃ſi ĩ ꝑncipio. cũ ibi notatis. Et ꝙ clericꝰ nõ ſit venator. vide de clerico venatore nec aleator.nec caupo. vide ſuis ĩ locis ĩ iure.q: nõ oia poſſumꝰ oẽs. ¶ Quartũ qď requirit̃ ẽ peritia litteraꝝ. vñ ordinandꝰ ⁊ ꝓmouendꝰ ad regimẽ aĩaruz debet hẽre noticiã ſacre ſcripture ad aĩas informãdas: ⁊ tm̃ ſcientie hẽre debet ꝙ officiũ ſuũ recte exerceat ⁊ ſine defectu. Naz vt ꝓpheta Mala.dicit.ij.c.⁊.xj.q.ca.ſacerdo-

¶ Solenniter penitẽtes.nõ ordinatur.l.di.c.ex penitẽtibꝰ.⁊.xxxvj.di.illiteratos.

¶ Corpore viciatꝰ, nõ ordinatur talis. hẽs de hoc.de corpore viciatis.ꝑ totũ c.⁊ in Angelica.corpore viciatus per totum.

¶ Non curialis. qui ꝓpter aliqď officiũ curie ſunt obligati. lj.di.c.j.ij.⁊.iij.liij.di.legẽ.abſoluti vero a curia nõ prohibentur.lxj.di.oſius. niſi alias ſint infames vl' irregulares. ut in dictis iuribus.

¶ Non ad ratiocinia obligatꝰ.de quibꝰ dic. ut in Ange.ratiocinia.§.j.

¶ Nõ ſuus. ut in Ange.ſuusꝰ.

¶ Non infames. de quibꝰ vide in Angelica. vbi.de infamia.§.xvij.

¶ Non illitterati. Sz ſi ordinant̃ characterez ſuſcipiũt.ar.c.veniens.de preſbytero non baptizato. Et de hoc vide in Angelica vbi notat̃ ĩ textu. cũ ibi notatis ſcilicet ĩ ſũma Ange.

¶ Ordinati a papa: ad aliquẽ ordinẽ: nõ pñt ad vlteriores ordines promoueri ſine eius licentia.

¶ Alexãdro. ſ.in.vj. ſumme.

¶ De vita. clicoꝝ.iij.li.decretaliũ.de vi.⁊ ho.clericorũ.

¶ Peritia litterarũ. q: ſi inſcicia in laycis intolerabilis ẽ q̃to magis ĩ his q preſunt.ut in.c.ſi ĩ laycis.xxxviij.di.vñ oportet ſacerdotes ca

nones nõ ignorent. ea. di. nulli ſacerdotũ. ¶ Sacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcẽdum. liber ſacrorum. lectionari⁹. antiphonari⁹. baptiſteriũ. cõpotus. canones pñiales. pſalterium. homelie per circulũ anni ĩ dominicis dieb⁹ ⁊ ſingulis feſtiuitatib⁹ apte. ex quib⁹ oib⁹ ſi vnũ defuerit ſacerdotis nomẽ vix in eo cõſtabit q2 valde piculoſe euãgelice mine ſunt: quib⁹ dicit̃: ſi cecus ceco ducatũ preſtet: ambo in foueam cadũt. verba ſunt. c. que ipis. ea. di. vide illam totã. di. ⁊ ibi reperies multa vtilia circa hãc rẽ: ⁊ que debeãt ſcire cõſecrãdi in epos. q etiaʒ ſi ſint ſenes nõ erubeſcere debẽt diſcere a paruulis. ea. di. null⁹ eps vide etiã que debeant ſcire ſacerdotes. li. ij. Rõnalis. Rrica. de ſacerdote. ⁊ in angelica. Cõfeſſio. iiij. cũ. §§. ſequẽtib⁹ ¶ Et q̃ʒta ſcia requirat̃ in cõfeſſore. vide. de peni. di. vj. c. oportet. ⁊ thomas in. iiij. di. xvij. in expoſitiõe littere. vide etiã in de fecerũt. pte. ij. vbi de quãtitate ſcie cõfeſſoris agit̃ cuʒ ibi notatis. ¶ Quanta ſcia requirit̃ in. epo. clico. monacho. doctore. vide in. c. cũ in cũctis. de electiõe. vbi Abbas ſicul⁹ latiſſime hãc materiã tractat. Iõ ſi piger nõ es: ibi vide: ⁊ nõ eris ſitiens ſiue ignorãs: q̃ te oporteat ſcire ad ordines ſuſcipiendos. vide etiaʒ Inno. in dicto. c. cũ in cũctis. Nam

tibus. Immo dñs per prophetam. labia ſacerdotis cuſtodiũt ſciam: et legẽ requirũt de ore ei⁹. qui. n. ſciam repellit: de⁹ certe repellet eum ne ſacerdotio fungat̃. qđ per eũdẽ pphetã ſacerdoti legis moſayce cõminãtẽ patet ⁊ dicẽtẽ. q2 tu ſciam repuliſti: ego repellã te ne ſacerdotio fungaris. ergo ſacerdos tenet̃ ſcire: in ꝙtũ miſſe ẽ celebrator: tm̃ ſcie ꝙ ſciat recte ⁊ diſtincte legere ⁊ cõgrue pronũciare ⁊ accẽtuare ⁊ ad minus grãmaticaliter ĩtelligere ea que ĩ miſſe officio ⁊ in tota re diuina ſeu officio eccl'iaſtico cõtinent̃. Dicit̃ ſacerdos miſſe celebrator ſm Damaſcenuz. Et in q̃ʒtum ſacerdos ſacra adminiſtrat: dicit̃ ſacra dãs: et ſic debet habere tãtã ſciaʒ ꝙ ſciat numerũ ſacrorum: ⁊ q̃ ſit debita materia: ⁊ debita forma ⁊ intẽtio in quolʒ ſacro: ⁊ modũ adminiſtrãdi debite ipa ſacra: ſʒ ꝑcipue ea q̃ ad eũ expectãt. Itẽ in ꝙtũ ſacerdos ẽ ꝯfeſſionũ auditor dicit̃ ſacer dux plebis: ⁊ dʒ ſcire diſcernere ĩter leprã ⁊ nõ leprã. i. inter pctm̃ mortale ⁊ veniale: ⁊ inter leprã ⁊ leprã. i. inter pctm̃ et pctm̃ et ĩponere pñias ſalutares. Item in q̃ʒtũ ſacerdos ẽ doctor ppl'i dicit̃ ſacra docens ⁊ ſic dʒ tãtam hẽre ſciam ꝙ ad min⁹ ſciat pplm̃ ĩ articl'is ⁊ ĩ aliis rudimẽtis fidei informare. Iã ut claudam⁹

materiā ordīs attēde ꝙ p̄ſbytero ſufficit ſciat canones pn̄iales cōmunes ⁊ c̄. de qb⁹. xxxviij. di. q̄ ipis. Cātor dȝ ſcire cātū: ⁊ ſic d̄ oīb⁹ ordinib⁹: qd̄ ſatis colligit̄ ex his q̄ eis dātur in ordinatiōe. xxiij. di. per totū: ⁊ ex poteſtate ⁊ officio qd̄ habēt exercere. De ſciā cōfeſſoruȝ vide in ſumma Angelica. Cōfeſſio. iiij. §. iij. ¶ Eṗs ordinās aliquē nō habētes cōditiōes requiſitas de iure mortaliter ſm Tho. in. iiij. di. xxiiij. niſi cū eis diſpēſaret in caſib⁹ in quibus pōt. Et vltra hoc ſi ordinat infantē: niſi religionē intraret: aut cōiugatū niſi velit ad ſacros ordines ꝓmoueri: vl̄ religionē intrare. vl̄ illitteratū ſuſpēſus ē ꝑ ānū a collatiōe oīum ordinū. vt notat̄ in. c. eos. ⁊ c. nullus. de tp̄o. or. li. vj. ¶ Prelat⁹ pōt bn̄ficiatū cogere ad ordines ſm coīter doctores in. c. queris. de eta. ⁊ quali. ⁊ hoc ē verū niſi legitime excuſet̄. de quo vide ibidē. Sed nō beneficiatū cogere nō pōt. Et ordinās inuitū q̄ nō ē bn̄ficiat⁹: ⁊ ſuſpenſus a celebratione miſſe per annū. ⁊ debet deponi. lxxiiij. di. c. j. ⁊. ij. ¶ Coacte ordinat⁹: ſi coactio ē ꝯditionalis: puta ut euadat mortem: ſuſcipit characterē. ar. c. vbi iſta didiſciſti. lxxiiij. di. ⁊. c. de iudeis. xlv. di. ⁊. c. ꝙ q̇dā. j. q. j. q2 volūtas coacta volūtas ē. xv. q. j. merito. ſȝ ſi coactio ſit abſoluta. puta q2 per vim ordinat̄: ſic nō ſuſcipit characterē facit. c. maiores in. fi. de baptiſ. Sȝ numquid talis ordinat⁹ metu ꝯditionali teneat̄ ꝯtinere. R̄ñde. ꝙ nō. ſi met⁹ talis fuit qui potuit cadere in cōſtantem vi-

requirit̄ ſm dignitatē. locū. ordinem ad quem aſſumitur.

Sacra dās.

Nā ſacerdos nomē ē cōpoſitū ex greco ⁊ latino qȷ̄ ſacruȝ dans. xxj. di. cleros.

¶ Leprā. ⁊ nō leprā. ſm. S. Bo. in. iiij. di. xvij. ⁊ elicit̄ ex. c. nulli. ſacerdotū. xxxviij. di. ꝙ tātā ſciam dȝ hēre ꝙ ſciat diſcernere in pctīs cōmunib⁹: qd̄ veniale ⁊ qd̄ mortale Et ꝙ ſciat ſemp ad q̄ pctā ptās ſua ſe pōt extendere. Rō. q2 alia pn̄ia pro mortali. alia pro veniali ē imponenda.

¶ Coacte ordinatus.

¶ Volūtas coacta.

Epiſcopus peccat mortalit̄ ordinans aliquē quē d̄ iure nō deberet: niſi cū eis diſpēſaret in caſib⁹ in qb⁹ pōt.

+ peccat

rū.per.c.platū.de his q̄ vi me.⁊ i.c.ad aures de etate ⁊ q̄lita.or.q2 integritas ē res voti nō precepti.c.integritas.xxxij.q.j. ¶ Temp⁹ nō ē de ſubſtātia ordinū. vt in.c.ſane.de tp̄o.or. Sʒ quo tp̄e debeāt dari ordines. ſcʒ tōſura. vide Hoſtien.⁊ ſequit̄ dn̄s Anto.in.c.ꝯſulta tioni.de tp̄o.ordi. Minores dant̄ vni vł duo bus dieb⁹ dn̄icis ſm Hoſtiē.i.c. de eo.q̄ tp̄o. or.vbi text⁹ eſt.Sʒ inno.⁊ Goffre.ibidem te nent ꝙ etiā plurib⁹.Sʒ opinio Hoſtiē.eſt tu tior.q2 in re dubia tuti⁹ accipiendū ē. Papa ꝯfert ſubdiaconatū dieb⁹ dn̄icis ⁊ alijs feſti uitatib⁹ p̄cipuis.di.lxxv.c.vlti. Et Hoſtien. dicit i.d.c. de eo.ꝙ oēs ordines ⁊ omni tp̄e: pōt ꝯferre papa.ar.c.ad honorē.de aucto.⁊ vſu palij. Jtaqʒ ordinatiōes fiūt tp̄ibus ꝯſti tutis ab eccl'ia. Pena ꝯferētis ⁊ ſuſcipiētis ordines extra tp̄a ſtatuta: ⁊ q̄s poterit diſpē ſare. vide i angelica. Jrregularitas.j.§.xxxv. ¶ Poſt prandiū ꝯferri nō debēt. Sed ſi ꝯfe runt̄: tenēt ſm Hugonē.lxxv.di.ordinatiōeſ Miſſa eſt de ſubſtātia in maioribus ordini bus. vt in.c.lr̄as.ſcd̓m qd̓ notat dn̄s Antoni.

Debent ꝯferri in eccl'ia ep̄ali.ar. lxxvij.di.c.j. Sed de ꝯſuetudine dant̄ vbi vo lūt.lxxv.di.in palea. Quo ordine debeāt acci pi. ⁊ quot ordines poſſint ſimul ꝯferri. vide in Angelica. Ordo.vj. ¶ Precedat ſcrutini um ſiue examinatio. de quo. vide in Hoſtieſi li.j.de ſcru.in ordine faciendo.

¶ Tēpus nō eſt de ſubſtantia ordinum.

¶ Ordinationes vide i rō nali. parte. ij. et quare magis in ſabbatis. vbi de ordinib⁹ ⁊ miniſtris eccl'iaſticis ⁊ eor̄ officijs. et in Ange. ordo. iiij. vbi dicit̄ ꝙ i ſex tp̄orib⁹ āni dant̄ ſ.i ſabbatiſ quat tuor tp̄orūʒ. ⁊ in ſabbato in quo cātat̄. Oēs ſitien tes. Et in ſabba to ſc̄tō.lxxv. di. per totū. ⁊ de tē porib⁹ ordinan dorum per totū. ⁊ ibi doctores.

## Capitulum.lxj.

¶ De diffinitiōe matrimonij ⁊ vnde dicat̄.

MAtrimoniū eſt ꝯiūctio maris ⁊ femine īter pſonas legitimas indiuiduā vite conſuetudinē retinēs.xxvij.q.ij. §.j. inſti. ꝺ pa.po. ī ꝑncipio Et in.iiij.ſnīaꝝ.di.xxvij. de preſūpti.illud quoqꝫ nobis.etiā Alexander in.vj.ſūme.⁊ in decretis etiaꝫ.xxviij.di.q.ij. §.apud. vide ꝑ totā dictā.di. de iſta meteria cū ibi notatis. Et nota ꝙ nō dicit viri ⁊ mulieꝝ vel viroꝝ ⁊ mulieris:qꝛ nec vnꝰ vir plures mulieres: nec vna mulier plures viros habere pōt. Dicit etiā indiuiduā vite. hoc eſt ꝙ neuter ſine ꝯſenſu alteriꝰ pōt cōtinentiā ꝓfiteri:vel oratiōi vacare: ⁊ ꝙ inter eos dum vixerint vinculum permaneat ꝯiugale.

¶ Dicitur matrimoniū de mater matris: et muniū.ij.i.officiū.qꝛ dat mulieribꝰ vt matreſ ſint. Uel ideo magis matrimoniū denominatur a matre quā a patre.quia eius officiū magis apparet in matrimonio quam viri officium.

¶ De materia matrimonij vide ī.iiij.di.xxvij ⁊ ibi theologos. et in decretis.xxvij.q.ij.per totā ⁊ ibi Archi. ⁊ in decretalibus.de ſponſalibꝰ.et ibi Hoſti.et abbatē et ibidē de cōiugijs.per totuꝫ et Doctores. et in Ange. et alijs ſūmiſtis. vbi ꝺ matrimonio.

¶ Permaneat cōiugale. ſꝫ quibꝰ de cauſis fieri debeat diuortiū. vide.iiij li.decretaliū. de diuortijs. et ibi Abbatē. Hoſti. et ſpeculatorem. Et.l.j.ff.ꝺ diuortijs.et ut in Angeli. Matrimoniū.iiij.⁊ in.iiij. ſen.di. ⁊ ibi theologos.

## ¶ Capitulum.lxij.

### ¶ De inſtitutione Matrimonij. ⁊ vtrum ſit ſacr̄m noue legis.

IN padyſo terreſtri fuit matrimoniū inſtitutū a dn̄o nō tm̄ ad remediū ſꝫ ad officiuꝫ vt dicitur ī mgr̄o ſnīaꝝ.di. xxvj. Sed videamꝰ quibus verbis. ideꝫ mgr̄ vbi ſupra. dicit ꝙ in verbis q̄ adā Geneſis.ij.poſt extra-

¶ Ut mr̄es ſint. qꝛ in conceptu grauide. ī ꝑtu doloroſe. ī lactādo laborioſe. xxvij.q.ij. in ſūma.

¶ Ad remediuꝫ.extra paradyſuꝫ:ut vitaret fornicatio.xxxij. q.ij.§.his itaqꝫ.

Et p̄ magr̄m. i͂x vj. di. iiij. ſentē. xp̄s cū nuptijs interfuit in chana galilee: vbi aquā in vinū conuertit. Joan. ij.

¶ Duplex cōiugij inſtitutio. magiſter ſentētiarū di. xxvj.

¶ Dixit deus. Geneſis. j. c.

¶ Auguſti. Auguſtinꝰ ſuper Geneſim. li. de nuptijs. et cōcupiſcentia.

¶ Utruꝫ ſit matrimoniū ſacrm̄ noue legis.

ſim ꝓphetice dixit. Hoc nūc os ex oſſibꝰ me
is ⁊ caro de carne mea. ⁊c. Alij dicūt ꝙ i his
verbis ſcꝫ creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ reple
te terrā. Sꝫ p̄mū magis tenet. Et qꝛ de inſti
tutiōe matrimonij iā dictū ē: vbi de inſtituti-
one ſacroꝝ lōgius diximꝰ: nūc ſciamꝰ breuit
ꝙ ꝯiugij inſtitutio duplex eſt. vna añ pctm̄
ad officiū facta eſt in paradyſo: vbi eſſet tho
rus imaculatꝰ ⁊ nuptie honorabiles: ex q̇bꝰ
ſine ardore ꝯciperēt. ſine dolore parerēt. Al-
tera poſt pctm̄ ad remediū fctā extra padyſū
ꝓpter illicitū motū euitandū. Prima vt na-
tura multiplicaret. Scd̄a vt natura excipere
tur ⁊ viciū cohiberet. Nā ⁊ añ pctm̄ dixit de
us. Creſcite ⁊ multiplicamini. Et poſt pctm̄
oībus pene hoībus p̄ diluuiū ꝯſūptis. Quod
ꝟo ante pctm̄ inſtitutū fuerit ꝯiugiū ad offi-
ciū: poſt pctm̄ ꝟo ad remediū ꝯceſſuꝫ. Aug.
teſtat dicēs. Qđ ſanis ē ad officiū: egrotis ē
ad remediuꝫ. ⁊ vltra ꝓgredit magr̄: ſed hoc
dictū ſufficiat ꝑ nūc. ¶ Utrū ſit ſacrm̄ noue
legis opepciū ē ſciamꝰ. ꝑ quo nota mr̄imo-
niū dupliciter accipi: aut quātū ad eiꝰ inſtitu
tionē. ⁊ ſic nō eſt ſacrm̄ noue legis: qꝛ fuit añ
nouā legē inſtitutū. Alio mō quo ad eiꝰ effe-
ctū: ⁊ ſic lꝫ fuerit añ nouā legē inſtitutū: nō tm̄
habuit vi ꝯferēdi grām ſic mō in noua lege.
in qua nō ē euacuatū ſed cōfirmatū ⁊ factum
grē cauſatiuum: ⁊ ſic ē ſacrm̄ noue legis. Hec
Ricar. in. iiij. di. xxvj. ar. iiij. q. ſecunda.

## Capitulum. lxiij.

¶ De materia. forma. ⁊ intentiōe.

Cauſa m̃rimonij q̃druplex eſt ſcȝ efficiẽs: vt ꝯſẽſus aiorum ꝑ ỽba de pn̄ti erpſſus vel ſignis. Materialis : vt ipſe pſone legime. Formalis: vt bn̄dictio anuli. Subarratio ⁊ huiuſmodi. finał duplex eſt. vna ꝑncipalis ſcȝ ꝓlis ꝓcreatio. ⁊ fornicatiõis euitatio. q2 matrimoniū nõ ſolū in officiū ſȝ i remediū inſtitutū fuit. lȝ fuerit ꝑmo ſolū in officiū. Alia eſt ſecūdaria: ⁊ illa eſt multiplex. vn̄ ỽſus. hoſtes ꝯciliat. ⁊ eo diſcernit̃ heres. biſ ligat : alma notat ius tr̃ãſſert. auget honorẽ. hec ſuperiora notat ⁊ dicit Alerã. i. vj. ſūme. ď cauſis m̃rimonij. ¶ Scd̃m Ri. i. iiij. di. xxvj. ar. iiij. q. ij. verbū ꝑmo ꝓlatū eſt materia. Et ỽbum ſcd̃o eſt forma. q2 ſicut verbum accedẽs ad verbū precedens q̃ dicit accipio te ĩ meã vxorẽ: eſt forma huius. ſ. dicẽdo. ⁊ ego accipio te in meū virū: vel ꝯ̃trio. Ber. in. c. tua nos. de ſpon. vult ꝙ verba ſint forma. ⁊ conſenſus ſit materia. ¶ Tu de materia ꝯſenſuū q̃ in ſpõſalib9 agit̃. vide. ti. de ſponſalib9: ⁊ ibi canoniſtas. ⁊ in iiij. ſn̄iaꝝ. di. xxvij. ⁊ xxviij. ⁊ ibi theologos. ⁊ in Angelica. M̃rimoniū ij. ⁊ in Guidone de monte Rocherij Ubi. de ſponſalibus : cum notatis

Cauſa efficiens ut cõſenſus. ſcȝ mutu9 verbis expreſſus. ut in. c. tua nos. de ſpõſa. nõ de futuro ſȝ de pn̄ti. ¶ Et nota. ꝙ ſine mutuo cõſenſu animoꝝ matrimoniū ẜm cõmuniter theologos quo ad deū ⁊ veritatẽ eſſe nõ põt. q2 neceſſe eſt ambo ꝯſentiãt: ſimul dicãt aut faciãt quicqd voluerint ab extra. xxvij. q. ij. ſufficiat licet eccl'ia aliud iudicet. ut in. c. is qui. de ſponſali. ¶ Et in tãtū eſt neceſſarius conſenſus de ꝑſenti ꝙ ſi qs cõſentiat in futurum dicẽs accipiã te in vxorẽ: ⁊ ego te in virū: non eſt conſenſus efficax matrimonij. ¶ Item ſi conſentiant volentes contrahere mẽte⁊ nõ exꝑmant ỽbis: vel alijs certis ſignis. Nec talis conſenſus efficit matrimonium. ¶ Si autẽ verbis explicent quod corde nolant : ſi nõ ſit ibi coactio vel dolus: obligatio illa verborum : quibus conſentiunt dicẽtes. Accipio te n virum. Et ego te in vxorem : matrimonium facit. Ex predictis ergo cõcludit̃ ꝙ ſolo conſenſu per verba de preſenti matrimoniū cõtrahitur.

¶ Uel ſignis. in q̃tuȝ dicit̃ ſignis intelligitur ꝙ ſurdus et mutus poſſunt contrahere matrimonium. verū t̄n̄ ſi contrahentes loqui poſſunt neceſſaria ſunt verba.

Tñ theologi dicunt in.iiij.di.xxvij.et moderniores canoniſte. ut no.Pa.i.c. tue. frater. de ſpõſa. q̇ vba exp̄mẽtia cõſenſuȝ d̓ p̄nti nõ ſũt neceſſaria in loqui valẽtib⁹ dũmõ p̱ alia ſigna exteriora cõſenſus exp̄mat̃. ut p̱ nutũ ⁊ huiuſmõi. vide etiã hoc in Angeli.ſi tibi placet. Matrimonio.ij.§.iiij. De cauſa effi cienti matrimonij.vide magr̃m ſñiarũ in.iiij.di.xxvij.⁊.di.xxviij vbi de ꝯſenſu de futuro et ibi Doctores theologoſ ⁊ ſuper oẽs vide Hoſti.⁊ Abbatẽ in iurib⁹ ꝑallegatis.et in Angeli. Matrimonio.ij.cũ ibi notatis ibi.n.pleniſſime de conſenſu matrimonij.⁊ in decretis.xxvij.q.ij.in diuerſis capitulis.

in locis ſuperiob⁹.eſt quippe decẽs ſpõſalia ꝑſcruteris. q2 ſic precedũt matrimoniũ.ſicut diſpoſitio formaȝ teſte ph̄ilopho

Sed nos qui breuiter tranſire curam⁹:hanc materiã ſuis meſſorib⁹ metẽdã relinquam⁹ vt ad reȝ redire nõ moremur ſcȝ ad breuiter ꝑ rudib⁹ matrimoniũ expediẽdũ ¶ Jntẽtio exigit̃ in matrimonio⁊ ex parte materie⁊ ex parte miniſtri.qd̓ clare vnicuiq3 patere põt

## ¶ Capitulum.lxiiij.

¶ Quid res quid ſacr̃m.quid vtrumq3 in matrimonio.⁊ an cõferatur gr̃a.

¶ Quid ſacr̃m.

¶ Quid res.

¶ Quid vtrũq3

R

Jcardus in.iiij.di.xxvij.ar.ij.q.iij.dicit q̇ exp̄ſſio ꝯſenſus ſiue exterior ꝯiunctio eſt ſacr̃m tm̃. Res eſt duplex q̃ per illud ſacr̃m ſignificat̃ ſcȝ charitas quã ſignat ⁊ diſpoſitiue cauſat. Alia eſt vnio xp̄i ⁊ eccl̃ie quã ſignat ſed non cauſat. Jpſa aũt charitas res ẽ tm̃ ⁊ nõ ſacr̃m. Obligatio vero ĩterior ꝑ mutuuȝ cõſenſuȝ expreſſa ſiue ꝯiunctio exterior eſt res ⁊ ſacr̃m. Gratia gratũ faciens cõfert̃ in hoc ſacr̃o:ſi digne ꝯtrahãt ex diuina inſtitutione:teſte Ricardo vbi ſupra ¶ Põt hic q̃ri vtrũ ſacramẽtum matrimonij efficiat qd̓ figurat ſicut⁊ alia:cũ dictũ ſit q̇ ꝯfert gratiã

¶ Gr̃a gratũ faciens confertur.

gratū facientē ex mēte Ricardi. Ad qđ rñdē
dum eſt. ꝙ triplex eſt in hoc opinio. Una ma
giſtri ſententiarum dicentis contra Ricar=
dum ſcꝫ ꝙ nō cōferat aliquā gratiā. Sed cū
alia ſacramēta ſignificent gratiā ⁊ ꝯferant:
iſtud tm̄ gratiā ſignificat ſed nō cōfert Scđa
opinio eſt ꝙ cōfert gratiā ſm̄ receſſū a pctō
⁊ nō ſcđꝫ ordinē ad bonū. ⁊ dicunt ꝙ gratia
illa eſt quoddā quod in virtute huiꝰ ſacramē
ti mitigat cōcupiſcentiam: ne ferueat vltra
nuptiaꝝ honeſtatē: ⁊ hec opinio videt̄ pro=
babilior ⁊ magis ꝯſona Ricardo: qui ꝓfecto
mihi placet et eum amplector in hoc: ſalua
ſemper eccleſie determinatione. Tertia opi
nio eſt hominū ſatis peritoꝝ ſcꝫ ꝙ conferat
gratiā in ordine ad bonū nō ad quodcūqꝫ: ſꝫ
ad bonum hoc qđ debet facere cōiugatus: ⁊
hoc vt fideliter cōiugi aſſiſtat: opera ſua illi
cōmunicet: prolē ſuſceptā religioſe nutriat
⁊ huiuſmodi. Et ſcđꝫ hoc patet ꝙ efficit gra
tiam quam figurat. quippe figurat cōiuncti=
onem fidelis anime cū chriſto. qui quidē eſt
effectꝰ eius ſolus nō ꝯtentus ſed ſignificatꝰ.

¶ Opinio p̄ma. magr̄i ſētētiarū. has tres opiniones recitat qdaꝫ doctor antiquus tractatu quodā de ſacramentis.

¶ Scđa opinio

Tertia opinio.

## ¶ Capitulum. lv.

### ¶ De etate legitima ad contrahendum.

ETas legitima ad contrahē
duꝫ eſt in maſculis cū quis
quattuordecim impleuerit
annos. Et in femina requi
runtur duodecim anni cō=
pleti. vt in. c. impuberes. ⁊

¶ In maſ=culis. xiiij. ut patet de deſponſa. impube. c. atteſtatiōes. et i. iiij. ſentē. di. xxxvj.

**¶ Suppleret etatē**

⁊ tūc eſt ſm̄ Tācredū ⁊ hoſtienſem. c. de illis. el. ij. de ðſpō. impu. qn̄ ſe inuicē cognouerūt. aliter nō. Sꝫ tu dic cū ioāne andrea ꝙ ſufficit ꝙ ſint expti copulam carnis ſi nō inuicē ſaltē cū alijs. vn̄ exponit̄ illud malicia. i. vigor naturalis ſeu potētia coeūdi ſupplet etatē. vt patet in. d. c. de illis. vbi potuerūt cōiungi. ⁊ iura q̄ dicūt ꝙ matrimoniū tenet: ſi ſunt proximi pubertati. licet doctorū in hoc ſit diuerſa interp̄tatio. Tn̄ tu hec intellige cū hoſtiēſe in ſūma. ꝙ eſt p̄xima etati qn̄ eſt viri potēs qd̄ per experientiā pōt ſciri. d. c. puberes ⁊. c. a nobis. de deſpōſatiōe impuberū. vn̄ glo. in ſūma xx. q. j. refert Greg. dicentē ꝙ puer nouē annoꝝ reddidit nutricē p̄gnātē. ⁊ Alber. in. iiij. dicit ſe vidiſſe puellā nouē annoꝝ cōcepiſſe: ⁊ in decimo peperiſſe. ¶ Sed nūquit peccāt qui contrahunt matrimoniū ante debitā etatem. R̄. ſm̄ Pe. de palude in. iiij. ꝙ ſic mortaliter: ſi ſine iuſta cauſa ⁊ licentia epi. qꝛ contra prohibitionem. c. ij. de deſponſatio. impuberum.

**¶ Ante ſeptēnium**

ſponſalia ante ſeptēniū nō tenent. vt in. c. ex ſpon. de ſponſa. li. vj.

in. c. ꝯtinebat̄. de deſpon. ipu. Vn̄ ſi q̇s an̄ hāc etatē dixerit v̄ba apta ad mr̄imoniū ꝯhēdū nō eſt mr̄imoniū. qꝛ conſentire nō pōt ſed ſponſalia. c. vnico. de deſpōſa. impu. li. vj. et hoc verꝫ niſi malicia ſuppleret etatē. Similiter ille q̇ inſanꝰ eſt vel furioſus eſt: ſi dicat illa verba: nō ꝯtraxit: qꝛ ꝯſentire nō pōt. Et eſt verū quādiu eſt in furore ꝯſtitutꝰ. qm̄ ſi aliqn̄ habet lucida interualla: et aliqn̄ redit ad ſanā mētē nubere pōt ⁊ teſtari: ⁊ oīa q̄ alij poſſūt pōt. Et nota ꝙ ſi an̄ tēpus ſupra dictū q̇s ꝯhat nō ē matrimoniū: vt diximꝰ: ſed ſpōſalia: niſi fuerit ꝯtrahētes ita etati nubili propinq̇ ꝙ poſſint cōmiſceri: cū tūc etatem videat̄ malicia ſupplere. ita ꝙ poſt ſeptēniū. i. poſt etatē ſeptē ānorum tā pueri quā puelle poſſūt ꝯtrahere ſponſalia. qm̄ incipiūt habere etatē q̄ requirit̄ in ſponſalibꝰ cōtrahendis. Si vero ante ſeptēnium ipſi vel parentes ipſorū eorū nomine cōtrahant ſpōſalia nihil agūt: niſi cum venerit ad ſeptēniū incipiat eis placere: ex tunc valent ſponſalia. Ita ꝙ licet ſponſus nō cognoſcat ſponſam corporaliter: ꝯſanguineā tamen eiꝰ nō poterit habere nec econtra. Ille dicitur vel illa conſentire poſſe qui in coniugalem affectū poteſt conſen

tire ⁊ carnalē copulam exercere: ⁊ hic talis poterit matrimonium contrahere.

## ¶ Capitulum.lxvj.

### ¶ De cauſis inſtitutionis matrimonij: ⁊ bonis eiuſdem.

DUe ſunt cauſe finales principales matrimonij ꝑpter quas contrahitur: licet ſint mlᵗe ſecūdarie. Prima cauſa ꝑncipalis matrimonij cōtrahēdi eſt procreatio ſobolis ad cultum diuinū educande. propter hāc enim cauſam inſtituit deꝰ coniugium in paradyſo ante peccatum inter primos parentes: quibus dixit. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c̄. Secunda eſt poſt peccatum ad vitatio fornicatiōis. Et inde locū habet poſt peccatuꝫ. Et de hac cauſa dicit apoſtolus ꝑma corinthiorū. propter fornicationeꝫ vnuſquiſqꝫ habeat vxorem ſuā. ⁊ vnaqueqꝫ habeat virum ſuum. Et hec ſcd̄a cauſa conſiſtit in reddendo debitum vel exigendo. Ita ꝙ neuter alieno thoro maculetur: ſed vterqꝫ poſſideat ſuum vas in ſanctificatione iuxta apoſtolum. ¶ Alia cauſa fuit ſecundum alios ſacramentum quantum ad inſeparabilitatem: vt matrimonium non diſſoluatᷣ. quia matrimonium ſignū eſt coniunctionis chriſti et eccleſie. Et hoc intelligitᷣ ſi matrimoniū ſit legitime celebratū. qꝛ quos deꝰ ꝯiunxit homo quātumcunqꝫ ſit auctoritatis nō ꝑōt ſeparare.

¶ Due ſūt has duas cauſas aſſignat magiſter ſententiaruꝫ li.iiij.di.xxx.

¶ Quibus dixit geneſis.j.c ¶ Creſcite. ⁊c̄. ſed iſta verba potius videntur benedictio nubētium: quam inſtitutio matrimonij.

Si vero illegitime Matrimonia tractātur vel fuerint tractata eccl'ia ꝓuidere pōt. Hec enī tria scȝ ꝓles. fides. ⁊ sacr̄m sunt bona ꝓpter q̄ Matrimoniū fuit ꝑncipal'r institutū xxxij. q. j. c. Nō enī in sola. Tn̄ dicit̄ ꝙ Matrimonij cause: quedā sunt ꝓpter q̄s: vt spōsalia ⁊ cōsensus. q̄daȝ ꝓpter q̄s. Et haꝝ quedam sunt ꝑncipaliores. vt susceptio sobolis ⁊ vitatio fornicatiōis. Alie cause sunt secundarie honeste. vt inimicoꝝ recōciliatio. ⁊ pacis reintegratio. Sūt etiā alie cause minus. honeste: ꝓpter q̄s aliqn̄ ꝯtrahit̄: vt viri mulierisqȝ pulchritudo: q̄ aīos amore inflāmatos sepe īpellit inire ꝯiugiū: vt valeāt suū explere desideriū. Quest⁹ quoqȝ ⁊ diuitiaꝝ possessio: ⁊ similia sunt ꝯiugij causa. Tn̄ intētio ꝯtrahētiū nō debet referri ad ista: sȝ ad duo ꝑma. ¶ Nō tn̄ ꝑm mgr̄m sniaꝝ in. iiij. di. xxx. est assentiendū illis q̄ dicūt nō eē ꝯiugiū qd̄ ꝓpter has causas min⁹ honestas ꝯtrahit̄. Cōstat enī ex ꝑmissis ꝯiugiū fieri ex coī ꝯsensu v̄bis de pn̄ti exp̄sso: quāuis amor ad hoc attraxerit. Sit nobis iacob exēplo: q̄ rachel decorā facie ⁊ venusto aspectu amauit: eāqȝ multum diligēs ait. Seruiā tibi pro Rachel septē ānis. ¶ Bona Mr̄imonij sunt tria ꝑncipal'r scȝ. fides. proles. ⁊ sacr̄m. Vn̄ Augustin⁹ sup genesim. Nuptiale bonū tripartitū est scȝ. fides. proles sacr̄m. In fide attendit̄ ne post vinculū ꝯiugale cuȝ alio vel

¶ Nō. n. sola. Tria bona. matrimonij. clarius assignantur xxvij. q. ij. omne itaqȝ nuptiaꝝ

¶ Cause secundarie.

¶ Alie cause minus honeste.

¶ Non tn̄. vtrū intētio libidis vl' pulchritudinis aut diuitiarū excludat matrimonium. S. Bo. vē. rn̄det i iiij. di. xxx. ꝙ mlte cause possunt esse inductiue et sine peccato dūmodo non sistat̄ in eis. vn̄ si moueret sicut causa principalis ē minus honesta et esset ꝯtra sacramēti vtilitatē: nō tn̄ cōtra sacramenti veritatē. nisi ita eēt finis ꝙ non q̄reret nisi libidinē vel diuitias: nō vxorē ducere qꝛ sic eēt cōtra v̄itatē sacri. ¶ Bona matrimonij sūt tria. de qb⁹ tractat Magister sniarū in. iiij. di. xxxj. ⁊ in decretis. xxvj. di. c. Omne itaqȝ nuptiarū.

¶ Sacr̄m. i. idiuisibilitas mr̄imonij q̄ idiuisibilitatē xp̄i et eccl'ie significat.

cum alia coeat. In prole: vt amāter ſuſcipiat religioſe educet. In ſacro: vt ꝯiugiū nō ſeparet. Et nota ꝙ p̄ma duo bona q̄nq3 ſunt in matrimonio: q̄nq3 nō. Tertiū ꝟo inſeparabiliter adheret Matrimonio.

## ¶ Capitulum. lxvij.

¶ Quod quadruplex diſtiguit matrimonium.

Quadruplex diſtinguit mr̄imoniū ſm Alexandrū de alis li. vj. ſume theologice vbi de Mr̄imonio tractat Primū ē carnale iter vir̄ ⁊ mulierē. Scōm ē morale īter deū ⁊ aiaz. Tertiū ē allegoricū iter xp̄m ⁊ eccl̄iaz. Quartū anagogicū inter deū ⁊ aiaz in eccl̄ia triūphanti per cōiunctionē gl̄ie.

## ¶ Capitulum. lxviij.

¶ Quot mōis q̄s accedere pōt ad vxorē ſuā licite. ⁊ q̄n illicite accedit.

Quattuor de cauſis pōt q̄s accedere ad vxorē ſuā. ſ. cā ꝓlis. cā reddēdi debitū. + His trib⁹ modis nō eſt pc̄m. Quarto pōt fieri cauſa explende libidinis. ⁊

¶ De trib⁹ bonis cōiugij. ⁊ quō nō aſſunt oī cōiugio in. iiij. ſniarum. di. xxxj.
¶ De excuſatiōe coitus: q̄ fit per hec tria. bona. in. iiij. ſententiarū. di. xxxj.
¶ De his qui ꝓcurāt venena ſterilitatis ⁊ aborſuz. in. iiij. ſentētiaruz. di. xxxj.
¶ De ſolutiōe carnalis debiti. in. iiij. ſniar̄. di. xxxij.
¶ Qđ altero inuito: alteri continere non licet. in. iiij. ſententiarum. di. xxxij.
¶ Quib⁹ temporibus ceſſandum eſt a coitu. in. iiij. ſententiarum. diſtin. xxxij.
¶ Et quibus temporibus ſunt celebrande nuptie. in. iiij. ſententiarum. di. xxxij.
¶ Qđ altero inuito: alteri continere nō liceat. vide in decretis. xxvij. q. ij. ſi tu et per multa. c. ibidem.

¶ Prima duo bona: hec duo bona ita adherēt matrimonio: vt ſi tamē deſint: nō anihilēt. ⁊c. nec oēs qui ꝓlē hn̄t: bonuz ꝓlis hn̄t. nā nō dicit ꝓlis bonū. q̄ ad relationē nō refert ideo ad hereditariā ſucceſſionē. ſ3 ſpes ac deſideriū: quo ꝓles ad hec querit: vt religioſe informet.

¶ Adheret matrimōio. i. legitimar̄ pſonarū vt ſine illo cōiugiū eſſe nō videat. q2 ſp manēt inter viuētes vinculū cōiugale. vt etiā interueniēte diuortio. fornicationis cā: cōiugalis vinculi firmitas nō ſoluat. xxxij. q. vij. c. ꝓo. ij. iij. ⁊ vlti. Et. iiij. ſen. di. xxxj. vbi iter legitimas pſonas nō cōtrahit; nō adeſt illud bonū qđ dicit ſacr̄m. q2 pōt ſolui taliū copula.

+ cauſa vitande incontinēcie

hoc modo pctm̄ eſt veniale vel moꝛtale. ¶ Fit autē pctm̄ in ꝯiugali coitu quīqꝫ modis. vn̄ verſus. Quinqꝫ modis peccat vxoꝛe maritꝰ abutens. Tpe. mente. loco. ꝯditione modo. ¶ Tria ſunt oꝛnamenta ſponſe ſcꝫ anulꝰ in digito. monile ī pectoꝛe. coꝛona in capite. Primū ſignificat operis puritatē. qꝛ in manu eſt opus. Scdm̄ ſignificat affectꝰ ſinceritatē. qꝛ in pectoꝛe eſt affectꝰ. Tertiū ſignificat ꝯtēplationis claritatem. qꝛ in capite eſt perſpicacitas intellectus. Hec Alexander: vbi ſupꝛa.

## ¶ Capitulum. lxix.

### ¶ De effectu Matrimonij.

EST autez effectꝰ duplex in matrimonio. Unꝰ nō ꝯtentus: ſed tm̄ ſignificatus ſcꝫ ꝯiunctio fidelis aīe cū xpo. Itē cōtentꝰ ⁊ ſignificatꝰ ſcꝫ gr̄a qua mitigatr̄ fomes: ⁊ qua fideliter ꝯiugi aſſiſtat. ⁊c. Alij dicunt effectū Matrimonij eſſe triplicez ſcꝫ fidē. ꝓlem. ⁊ ſacr̄m. fides dicitr̄. quia vir tenetr̄ cuſtodire fidelitatē ꝯiugi. ⁊ econtra. Proles. quia ad cultum dei educanda eſt. Sacr̄m. vt matrimoniū nō diſſoluatr̄. ſignificat enim ꝯiunctionē quā habet ſancta eccleſia cuꝫ deo. Et alias hec tria bona matrimonij dicuntur.

## Capitulum. lxx.

### ¶ De impedimentis Matrimonij.

MAtrimonij impedimēta ſunt. xiij. q̄ matrimoniū ꝯtrahendum impediūt: ⁊ dirimunt iam ꝯtractū. Si enī ipſa vel aliqđ ipſoꝝ ꝑcedant matrimoniū: ꝯſenſum cōiugalē excludunt. Si vero ſequantr̄ matrimoniū nullū preſtāt impedimentū: ſicut pꝫ ꝑ iſta exēpla. ¶ Furioſus nō pōt ꝯhere matrimo-

¶ Furioſus de furioſo. vide in. iiij. ſniaꝝ. di. xxxiiij. in decret. xxxij. q. vij .c. neq; furioſus. c. hi q. ¶ Verſus denotātes ipedimēta ma
trimonij.ſ. xij. ⁊ numerāt̃ ab hoſtiēſe in ſūma de ſpōſa. ſub ꝛica. de matrimo
nio. §. qliter ipediat̃ ꝑ totū. ⁊ Ray. in ſūma. ti. de matri. §. xvj. ⁊ beatꝰ Tho.
pe. ⁊ alber. in ſcriptis. iiij.
ſniaꝝ. di. xxiiij. ⁊ibi ipemet
magr̃. ⁊ frater ioānes. i ſū-
ma cōfeſſio. ti. de ipedimē-
to matrimonij. q. j. ⁊ hen-
ricus poſt eos. de frigidis
⁊ maleficiatis littere. ⁊ in
manipulo curatoꝝ. c. de i-
pedimento matrimonij. ⁊
in āgelica. vbi de matrimo
nio. tractādo de impedimē
tis poteris videre. ⁊ in ab-
bate ſiculo. pte. iiij. ſeu vo-
lumine. iiij. ⁊iquo. c. ſeu in
quibꝰ. c. agat̃ de his impe-
dimētis: tu poteris videre
in. d. iiij. volumie. ¶ Nūc
dicēdum eſt quō intelligat̃
vel declaretur quelibet di-
ctio in verſibꝰ denotātibus
impedimēta poſita. ⁊ in pri
mis. attēde ꝙſi de facto ali
qui ꝯtraxerit in caſu prohi
bito mortale eſt ſm fratrē
anthoniū archiepiſcopum
florentinū. qꝛ cōtra prohi-
bitionē: niſi ignorātia facti
probabilis eos excuſaret. ſ;
ſciendū eſt: vt in textu dicit̃
ꝙ ſunt quedā ipedimēta q̄
impediunt matrimoniū cō
trahēdū: ⁊ dirimūt iā ꝯtra-
ctū: qꝛ nullū eſt. qd̄ itelligēdū eſt qñ dicta ipedimēta ꝑus iter eos inueniūt̃ quā
ſit cōtractū matrimoniū. Et ſunt q̄ ꝯtinēt̃ in verſibꝰ.ſ. error. Cōditio. ⁊c̃. Pro
quoꝝ breuiſſima declaratiōe. Nota ꝙ ꝑma dictio vſuū ē. ¶ Error.ſ. pſone. nō
de bonitate. vel fortuna. cū ſc; qs ꝯtrahit cū caterina credēs eē iſabelā: cū q̄.ſ.
intēdebat ꝯtrahere. ⁊ ſic liquet ꝙ error pſone ex ſui natura ⁊ nō ex inſtitutione
eccl'iaſtica ſolū ipedit matrimoniū. qñ qui errat nō ꝯſentit. vt. ff. de iuriſdictio
ne. l. ꝑ errorē. ⁊ errātiū volūtas nulla eſt. vt. C. de iuris ⁊ facti ignorātia. l. cū ꝑ
teſtamētū. Vñ ſi vir vel mulier erret in matrimonio ꝯtrahēdo: nullꝰ eſt ꝯſen-
ſus: qui ſolus facit matrimoniū. De iſto ipedimēto vide latiꝰ in. iiij. ſniaꝝ. di.
xxx. in pñn. ⁊ in decretis. xxix. q. i. §. verū eſt ꝙ nō oīs error.

niū Si tn̄ poſtq̄ ꝯtrexerit efficiat̃ furio
ſus: nō ꝓpter hoc ſoluit̃ mr̃imoniū.
¶ Jtē q̄ hēt vtrūq; teſticulū ſectū.i.
euulſum nō pōt ꝯhere matrimoni-
um. Si vero poſt ꝯtractū matrimo-
niū ſecent̃: nō ꝓpter hoc ſoluit̃ ma
trimoniū. Et ita intelligendum eſt
de alijs impedimētis: q̄ ꝯtinētur in
his ꝟſiculis. ¶ Error. cōditio. votū.
cognatio. crimen. Cultꝰ diſparitas.
vis. ordo. ligamē. honeſtas Si ſis af
finis. ſi forte coire nequibis. Hec fa-
ciēda vetāt. cōnubia facta retractāt
Preter hec impedimēta dicta que
impediūt matrimoniū cōtrahendū:
⁊ dirimūt iā cōtractū. ¶ Sunt alia
impedimēta que impediūt cōtrahē
dū ſ; nō dirimūt cōtractū.ſ. tempus
feriarū ⁊ interdictū eccl'ie. vñ verſus
Eccl'ie vetitū. nec non tēpus feriaꝝ.
Jſta vetāt fieri. ꝑmittūt fctā teneri.

¶ Quadrageſima qñ ⁊ quõ fuit inſtituta notať in. c. quadrageſima. ⁊ c cõ. di.
v. vbi dicit q̃ a xp̃o fuit inſtituta: vt decimã annoꝝ deo reddamus. Et quadra
geſima ẽ numerus ſp̃alis pñie: in qua ieiunat eccl̃ia. i. congregatio fideliũ. ⁊ pe
nitet de pctis ſuis. per pñiam. n. quadrageſime: peruenit ad quinquageſimã. i.
ad annũ iubileũ. hoc eſt ad
remiſſionẽ pctõꝝ. btũs Pe
trus ꝓo inſtituit ieiuniũ. xl.
ante paſcha. nec vacat a my
ſterio q̃ a capite ieiunij. xl.
et. vj. dieb⁹ vſqꝫ ad paſcha
in abſtinẽtia ſum⁹. Nã poſt
babilonicam captiuitatem
xlvj. annis edificatũ fuit tẽ
plũ dñi. vnde et nos poſt ca
ptiuitatẽ babilonis. i. cõfu-
ſionis viciõꝝ. xl. ⁊. vj. dieb⁹
per abſtinẽtiaꝫ et bona opa
nos metipſos tẽplũ deo edi
ficam⁹. ¶ Ex dieb⁹ quadra
geſime in quibus ſex ebdo
made cõputanť: ⁊ ſunt. xl.
⁊ duo dies: ſubtrahunť ſex
dies dñici de ieiunio: rema
nẽt. xxxvj. dies abſtinẽtie q̃
ſunt quaſi decima ãni. Sed
vt numer⁹. xl. dierũ quib⁹
xp̃s ieiunauit impleať: reci
piunť ex inſtitutiõe Grego-
rij pape. d cõ. di. v. quadra
geſima: quattuor dies p̃cedẽtis ebdomade. vꝫ. iiij. v. vj. ferie: ⁊ ſabbatum. Et
ſm̃ hoc dicit quadrageſima. quaſi quattuor cũ decima qm̃ triginta ⁊. vj. dies:
qui ſunt decima addunť quattuor. Sꝫ cũ ann⁹ cõſtet ex trecẽtis ſexaginta quiqꝫ
dieb⁹ ⁊ ſex horis: remanẽt. v. dies in decimati ⁊ ſex hore. Et ideo ieiunam⁹ illos
quattuor dies ebdomade p̃cedẽtis: vt ſacer numerus cõpleať. ⁊ propter illas
horas decimãdas tardius cenam⁹ in ſabbato ſctõ. vt notať in Rõnali. pte. vj.
ſub rubrica de feria. iiij. in capite ieiunioꝝ. Dicit itaqꝫ quadrageſima: licet in ea
ſint. xlij. dies vſqꝫ ad paſcha. Primo q2 eccl̃ia nõ curauit de duob⁹: que minu-
tias nõ attẽdit: ſꝫ ſũmã numeri ponit q̃uis ſit parũ plus vel minus. Secũdo q2
quadrageſima nõ protẽdit: niſi vſqꝫ ad diẽ cene dñi: q̃ ẽ dies abſolutiõis. Nã
per quadrageſimã bene obſeruatã: ⁊ per verã pñiam peruenit hõ ſp̃ualiter ad
cenã agni. vnde apocalypſis. btũs ẽ qui vocat⁹ ẽ ad cenã nuptiarũ agni.
⁊ ſm̃ hoc ſolũ ſũt. lx. dies. Tertio q2 filij iſrl̃ laborãtes in deſerto quadragin-
ta ãnis cibati mãna per quadraginta mãſiones venerũt in terrã promiſſionis:
quo etiam exẽplo. xl. dieb⁹ a delicijs corporis abſtinẽtes verbis vite reficimur:
oratiõi vacam⁹: vt eãdẽ per ieſum xp̃m in terra viuentiũ introeamus: ſicut illi

per ieſum naue.i.ioſue in terrã ꝓmiſſiõis introducti ſũt. Ideo aũt ſm̃ hierony mũ ſunt in ea.xl.ꝛ duo dies:q2 dñs venit ad nos per.xlij.generatiões cõputan do a Jeconia p̃re ꝛ Jeconia filio ꝛ ipo dño. Matheus.xl.generatiões poſuit. Ad hoc.n.dñs ſuo qudragenario numero ad nos deſcendit: vt nos ad eũ nr̃o quadragenario numero aſcẽdamꝰ.de.cõ.di.v.ieiuni um. vide de hoc etiã ſi vis i Rõnali.pte.vj.ſub rbica de ꝑma dñica q̃dragesime.

¶ Scd̃a q̃ttuoꝛ tp̃o ra. Jõ dicunt quattuoꝛ tp̃a q2 ptes ãni ſũt quattuoꝛ.ſ. ver.eſtas.autũnꝰ.ꝛ hyems. que propter ſua delectamẽ ta a dei amoꝛe nos auertere ſolẽt. Et iõ quatter in ãno ieiunamꝰ:ut coꝛpꝰ nr̃m cõ ſtãs ex quattuoꝛ elemẽtis in quattuoꝛ tp̃oꝛibꝰ ãnis caſti get.hõ.n.ↄſtat ex quattuoꝛ elemẽtis q̃ztũ ad coꝛpus: et ex tribꝰ potentijs q̃ztum ad aĩam.ſ.rõnali concupiſci bili ꝛ iraſcibili. vt ergo illa moderent nobis:quatter ie iunamꝰ in ãno per tres dies ut quatternariꝰ numerꝰ ad coꝛpꝰ:ꝛ trinariꝰ ad aĩam re ferat. In ꝑmitiua eccl̃ia ſtatutũ fuit ꝙ ieiunia quattuoꝛ tp̃oꝝ fierẽt ter in anno. Sꝫ calixtꝰ papa.lxxxvj.di.ieiuniũ cõſtituit quatter in ãno fieri. nã ꝛ iudei quat ter in ãno ieiunabãt.ſ.ãte paſcha añ peſtecoſtẽ añ cenophegiã in ſeptẽbꝛi.ꝛ ãte encenia.de qbꝰ dicit in ꝓhemio.vij.ptis Rõnalis. Et nota ꝙ iõ quatter i ãno ſit hoc ieiuniũ per tres dies:ne aliqui dies remaneãt de quibꝰ ꝑmitias nõ red damꝰ. In iſtis.n.diebꝰ ieiunij ꝑmitias tp̃oꝛis exoluimꝰ.qm̃ quodlibet tp̃s tres hẽt mẽſes:ꝛ pꝛo quolibet mẽſe vnũ diẽ ieiunamus:ut ſatiſfaciamꝰ in die quod deliquimus in menſe. De his quattuoꝛ tẽpoꝛibus. vide in Rationali longius parte.vj.ſub rbica de quarta feria ꝛ ieiunijs quattuoꝛ tẽpoꝝ. Quo tempoꝛe ca dant hec quattuoꝛ tẽpoꝛa notatur in his verſibus.

ꝛ infirmis ac debilibus. Mulieres vero licet ꝓpter viroꝛum pꝛohibi tionem Jeiunia votiua voluntaria dimittere debeant. Jndicta tamen per eccleſiam non licet:et in illis ſa cerdos foꝛte pꝛopter ſcandalũ cum eis valeat diſpẽſare. Aliter enim in dicta ieiunia redimi pecunia:vl' alio modo nequeunt:niſi caſualis neceſſi tas ſubſit.tũc enim bene poſſunt re dimi vel commutari: ſicut ieiunium feſti quod eſt die lune fit in ſabbato. vt notatur in Rationali. vj.parte. ſub rubꝛica de alijs ieiunijs a quat tuoꝛ tempoꝛibus.

¶ Poſt cinerem . poſt pneuma. poſt feſtuꝫ ſancte crucis
Septembꝛis.feſtum poſt ſancte lucie decembꝛis.

¶ Tertio oẽs vigilie apl'oꝝ. In vigilijs aploꝝ et alioꝝ ſctoꝝ iõ ieiu namꝰ vt ſicut illi paſſi ſunt pꝛo chꝛiſti no mine:ſic et nos cum eis compatiamur:ſi cum eis regnare cupimus in celis.

¶ Aduēt⁹ dñi. qui cadit die dñica propinquiori ipi feſto Andree. qđ ſi venerit in .ij. vl'. iij. vel. iiij. feria: aduēt⁹ intrat dñica proxima ante. Sʒ ſi venerit in feria. v. vel. vj. vel in ſabbato: aduētus intrat dñica proxima vētura. Et ſi die dñica fuerit feſtū Andree: in ipa met die intrat aduentus. De aduētu dñi. vide lōgi⁹ in Rōnali. pte. vj. rica de tpe aduentus. vbi notatur quo tpe intret aduēt⁹: ⁊ mł ta a[illegible] ſciri digna.

¶ Rogatiōes. latine: grece letanie dicunt. ē duplex letania maior ⁊ minor. Maior ē in feſto beati marci inuēta a btō Gregorio ꝓpter peſtē inguinariā. Minor letania fit trib⁹ dieb⁹ ante aſcēſionē: ⁊ inuēta fuit apud Viēnam a btō Mamerto epō viēneñ. propter peſtem lupoꝝ ⁊ ferarū ī gallijs homines acriter pimētiū. De his letanijs ſiue rogatiōib⁹ vide in Rōnali. pte. vj. rica de rogatiōib⁹. et in. li. q intitulaṫ legēda ſctōꝝ. vbi de letanijs ante feſtū aſcēſionis. fuit edit⁹ eiuſmōi liber a Iacobo de voragine.

# ¶ Capitulum. lxxiij.

## ¶ De elemoſyna.

Elemoſyna eſt res ſctā augēs preſentia minuēs pctā cōiūgēs angelis ſeparans a demonib⁹: pctōreʒ ſuo creatori recōciliās q̄ſi mur⁹ inexpugnabilis circa aīaʒ ¶ Elemoſyna (vt colligiṫ ex dictis ſalomonis) eſt res ſctā augēs virtutes iungēs angelis ⁊ ſe parās a demonib⁹: mur⁹ īexpugnabilis. ⁊ hec diffinitio ꝯuenit cū pma fere. ¶ Vel ſm Thobiā. iiij. ⁊. xij. c. Elemoſyna ē q̄ a morte ⁊ pctō liberat aīam: ⁊ nō patiṫ ire in tenebras. ¶ Triplex ē elemoſyna. Prima cōſiſtit in cordis ꝯtritione qñ ſcʒ aliq̄s ſe offert deo ſacrificiū. de quo diciṫ ī pſalmo. l. ſacrificiū deo ſpūs ꝯtribulat⁹ cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deus nō

¶ Elemoſyna eſt. diffiniṫ hic elemoſyna prout cōſiſtit in largitione manuali. Et accipiṫ cōmuniſſime: ut dicit. S. Bo. ventura in. iiij. di. xv. pte. ij. arti. pmo. q. iiij. ſm qđ cōprehēdit omne op⁹ mīe impēſuʒ ſiue ꝓximo ſiue ſibi: iuxta illud eccle. xxx. miſere aīe tue. Cōmuniter accipiṫ ſm q̄ importat oīe pietatis op⁹ impēſuʒ ꝓximo corporale ſiue ſpūale. Proprie vero ſm q̄ importat op⁹ pietatis impēſum proximo ad releuādā indigētiā corporalē. Et iſto tertio modo diffiniṫ elemoſyna: ⁊ ſic cōſiſtit in largitiōe manuali. ¶ Et diciṫ ab eleo qđ ē verbū grecū: qđ idē ē qđ miſeor: cui⁹ imperatiu⁹ ē eleyſon. i. miſere. a quo eleos. i. mīa. Et iō debet dici elemoſyna nō elea vl' elia.

¶ Triplex ē elemoſyna. De triplici elemoſyma no. hoſti. ī ſūma. đ pe. ⁊ re. §. qs ſit effect⁹ ꝟe pñie. ſub. §. elemoſyna

triplex ē. Et cōcordat ut hic. Et de elemoſyna pleniſſime notat idē Hoſti. in ſūma. de tpo. ordi. §. ⁊ cui. ⁊ ſeptima regula. ¶ Notat de elemoſyna Archi. de peni. di. iij. qui vult. ſup verbo. elemoſyna. ¶ Notat Henri. poſt eū in. c. inter opa. de ſponſalibꝰ. ¶ Cōtinent ſeptē opa mīe. Tria ſunt genera elemoſynarū. tria. ut dicitur in. c. tria xlv. di. primum corporale: ⁊ hoc cōſiſtit in opibꝰ mīe corporalis: que ſūt paſcere eſurientem. potare ſitiētē. veſtire nudū. hoſpitē recolligere. infirmū viſitare. redimere captiuū. mortuum ſepelire. vnde verſus. Viſito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. Secūdū et tertiū genꝰ ē ſpūale. ſ. remittere iniuriā: ⁊ corrigere delinquētē. ut. in. d. c. tria. Addunt alia quinqꝫ. ſ. cōſulere dubitātē. cōſolari triſtē. ſupportare oneroſos. docere ignorantes. orare pro oībus. Et que ſint digniores. vide Ricar. in. iiij. di. xv. ¶ Aduerte ꝙ dare elemoſynā intētiōe ſubleuādi neceſſitatē proximi ē opꝰ mīe: ſꝫ dare intētiōe recōpēſandi pro debito diuine offenſe. ſic ē opus iuſtitie. ⁊ ſic eſt ſatiſfactoria ꝓprie. et ꝑtinet ad meritū dimiſſiōis pene. Sꝫ ꝑmo mō ꝑtinet ad meritū vite ſm Iaco. de laudu. in ſūma. ¶ Vtrū paupibꝰ cōpetat aliq̄ actio contra diuites ut eis ſubueniāt. Re. Pa. in. c. ſi qs. de fur. ꝙ nō. Sꝫ bene pñt implorare officiū iudicis ſeu ſupioris: ut eos cogat. et ecclia pōt eos cogere. vt notat glo. i. c. ſic hi. xlvij. di. ⁊. arg. i. c. nullus laycus. de iure. pa. Qd̄ limita verū qñ ſūt in tali neceſſitate ⁊ diuites in tali abūdātia ꝙ tenent eis facere elemoſynā de precepto. alias non.

deſpicies. De iſta elemoſyna dicit Sapiēs. eccle. xxx. miſere aīe tue placens deo. Et de hac cantat in eccl'ia dñica ꝑma q̄dragesime. Sicut aq̄ extinguit ignē: ita elemoſyna extinguit pctm̄. Et eccle. iij. et. iiij. ignē ardētē extinguit aqua: ⁊ elemoſyna reſiſtit pctis. Elemoſyna ſic dicta nō eſt ps ſatiſfactiōis imo eſt pars integralis pñie ꝯdiuiſa a ſatiſfactiōe. ꝓut dicit ꝙ pñie tres ſunt partes ſcꝫ ꝯtritio. ꝯfeſſio. ⁊ ſatiſfactio. Alia eſt elemoſyna q̄ ꝯſiſtit in cōpaſſiōe ꝓximi: in q̄ cōpatimur alienis miſerijs. ſicut nr̄is. ⁊ de iſta dic̄ Iob. xxxj. ab initio ꝯualuit mecū miſeratio: ⁊ ab vtero mr̄is egreſſa ē mecū. Tertia ꝯſiſtit ī largitiōe manuali qñ ſcꝫ aliq̄s exhibet indigenti aliqd̄ tpale ſubſidiū ꝓpter deū. ⁊ de iſta intendimꝰ hic. Et de hac dicit ſaluator in luca. xj. ī. iiij. ſniaꝝ di. xv. Date elemoſynā: ⁊ ecce oīa mūda ſūt vobis. Et Am. lxxxvj. di. paſce. dicit. paſce fame morientē. Si nō paueris: occidiſti. Et ſub iſta elemoſyna ꝯtinent. vij. opa mīe.

❡ Elemoſynam poteſt facere quicūqꝫ ē ſui iuris ⁊ hēt dn̄iuꝫ aliquoꝝ bonoꝝ tpaliū: ita ꝙ donare pōt. Cui ſi multa bona adſint: ſtudeat dare multū frequenť. thobie. iiij. Si tn̄ ſit ei modicū: dabit iuxta poſſe libēter. ⁊ ſi dare nō ſufficiat: ſaltē prōptam hēat voluntatē. qꝛ ſi dare nō pōt q̄s: ꝓ velle mereť. ❡ Attēdat elemoſynas faciēs: ꝙ ille cui dederit ſuū munus ſeu elemoſynā ſit vel videať egenus. ❡ Res quā das chriſticola ī elemoſynā ſit tua. ❡ Itē xp̄s ſit tibi cā. Et da bona dū tua ſūt: qꝛ magis vtilis erit tibi elemoſyna in vita quā ſi dederiſ cū retinere nequeas bona. ſ.

❡ Elemoſynā ⁊c. In. c. vj. fiūt. pmo oñdiť quis pōt facere elemoſynaꝫ. Secūdo declarať cui ſit faciēda. Tertio ꝙ de re propria fiat. Quarto ꝙ xp̄s ſit cauſa faciēdi elemoſynā. Quinto quō debeat fieri ⁊ qualiter. Sexto narrātur vtilitates q̄ ꝓueniūt ſiue oriūtur ex largitiōe elemoſynarū. vbi ps quelibet incipiat facile apparet. ❡ Quātū ad primū in quo diciť ꝙ quicūqꝫ ſui iuris eſt: facere pōt elemoſynā ⁊ qui donare pōt. ergo monachi ⁊ filij ⁊ ſimiles facere nō poſſunt. ❡ Ad qd̄ rn̄de ꝙ monachi ⁊ filij ⁊ qui ſūt in ptāte aliena ut ſerui: in quattuoꝛ caſibꝰ pn̄t facere elemoſynā. j. Exiſtēti in magna neceſſitate: qn̄ nō ē tp̄s hēre recurſū ad ſupiorē. ut notat. Pau. in. c. de furtis. et no. glo. in c. nō dicatis. xij. q j. ❡ Secūdus qn̄ predicti de licentia ſuoꝝ ſuperioꝝuꝫ peregrinanť vel ſunt in ſcholis: qꝛ poſſūt facere elemoſynā ſeu elemoſynas quas alij honeſte peregrini ⁊ ſcholares cōmuniter faciūt. ar. l. vltima C. ad macedo. ⁊. l. Si lōgiꝰ ff. de iudi. ⁊. l. ij. ff. de iuriſdi. om. iudi. ⁊. c. pꝛeterea de offi. delega. facit glo. in cle. ij. §. penul. de vi. ⁊ honeſta. cle. ❡ Tertiꝰ qn̄ vidēt aliquē in extrema neceſſitate etiā ꝯtra ſuperioꝝum prohibitionē pn̄t elemoſynā dare: qꝛ tūc oīa ſūt cōmunia iure diuino: imo teneť ſm̄ Ricar. in. iiij. di. xv. ar. ij. q. v. ⁊ glo. xij. q. j. in. c. nō dicatis. ❡ Quartus pn̄t de volūtate expreſſa vl' preſumpta. ut puta qꝛ habēt adminiſtrationē a ſuis ſupioꝛibꝰ cōmiſſam. ar. ff. de dona. l. filius familias. §. j. ❡ Uxoꝛ habēs bona paraphꝛenalia. i. propꝛia p̄ter dotē. dicta a para qd̄ ē iuxta ⁊ fernas qd̄ ē dos quaſi iuxta dotē. pōt de illis facere elemoſynā inuito marito. C. de pac. cōiu. l. qui hac. ❡ Si vero nihil hēt preter dotē: nō pōt facere elemoſynā. xxxiij. q. v. ꝙ donatio. niſi in. viij. caſibꝰ. Primꝰ. ſcd̄s. tertiꝰ. ⁊ quartꝰ ſūt de quibus ſupra dixi. ſ. quādo monachi ⁊ filij poſſunt. Quintus ſi cōſuetudo ⁊ bonus mos ita habēt ꝙ vxoꝛes de pane ⁊ vino ⁊ huiuſmodi faciāt elemoſynas: qꝛ conſuetudo dat iuriſditionē. ⁊ licet viri aliquādo prohibeant debet ſibi foꝛmare cōſcientiā ſm̄ Rodoneñ. Guilelmū gloſatorē. Raymun. ⁊ Iaco. de laude in ſūma. ꝙ iō faciūt ne nimis dent ſed tēperate. Sextus quādo vtiliter gerit negociū viri. puta quia videt virū crudelē ⁊ ſceleratū. Et ut deus ſuſpēdat iram: vel eum illu-

minet ꝟat elemoſynas moderatas occulte ſm Rodonen. Nā propter elemoſy nas deus ſuſpendit flagella. ut. xvj. q. j. reuertimini. Et iō bene facit mulier dā do elemoſynas occulte ſine ſcādalo viri. ut deꝰ eū adiuuet. facit. l. ſoluēdo. ff. de ne. geſt. cū ſi. Et melius exēplū Abigail. ꝑmi. Regū. xxv. que liberauit virum a

poſt mortē. Et cōmittis nō grādem errorē. ſi ꝯfidis ꝙ tu ſepultꝰ plus ab herede tuo diligeris: quā tu diligis teipſuȝ. ¶ Fiat elemoſyna aīo volūtario: ⁊ cū ſermonis dulcedine: ⁊ ſecrete. atqȝ cū vultꝰ hilaritate ⁊ feſtināter. ¶ Ad multa valet ⁊ ē elemoſyna vtilis. Primo xp̄o facientē recōciliat. federa firmat. crimina mortificat. penā redimit ⁊ relaxat. Gratos ꝯſeruat. Dātes a crimine ꝑuat. Oīa mltiplicat bona. pro donātibꝰ. orat. Demonis expungnat fraudes a morteqȝ ſaluat. Prodeſt defūctis in purgatorij carcere vinctis.

morte propter panes quos dedit dauid cōtra volūtatē viri. ¶ Septimus ſi vir aſſignauit mulieri certuȝ quid pro victu: et ipſa abſtinet: et inde elemoſynā facit: qꝛ ſuum videt. ¶ Octauꝰ ſi mulier ē lucroſa. puta qꝛ exhibita gubernatiōe domꝰ ⁊ familie lucrat ex opibꝰ ſuis. nec intelligo deducēdas expēſas victꝰ. qꝛ vir tenet eaȝ alimētare, ꝑpter dotē. ⁊ etiā ꝑpter obſeqa ab vxore exhibita. Tenet. S. Tho. i. iiij. ⁊ Ricar. di. xv. ⁊ coiter ſūmiſte ſequunt hic cū theologis. ut Jaco. de laude ordinis minoꝝ in ſūma. Diſtingue tn̄ ſic. ꝙ aut lucrū ē neceſſariū ſuſtētationi ſue ⁊ viri: ⁊ ſic nō pōt facere elemoſynā: qꝛ magis tenet ſibi ⁊ viro ꝗȝ alteri. Si vero lucrū ſupabūdat: ſic pōt: ⁊ idem dic de parafrenalibus. ¶ Filius familias nō pōt facere elemoſynā de rebus pr̄is ſine eius mandato: niſi intelligat placere patri: niſi in caſibus quattuor quos ſupra notauimus Et niſi habeat peculiū caſtrēſe vel quaſi caſtrenſe. quia de talibus poteſt facere elemoſynam. Eſt itaqȝ peculiū caſtrāſe quod acquiſiuit ex militia. de hoc vide in gloſa Joan. andree. de ſepulturis. c. licet pater. li. vj. Et melius in gloſa. Accurſij. inſtituta. per quas pſonas nobis acquirit. ſuper parte. caſtrēſibꝰ peculijs ⁊. ff. de caſtrenſi peculio. l. caſtrenſe. ⁊ ibidem de quaſi caſtrenſe peculio. Quod quaſi caſtrenſe eſt quod filius acquiſiuit ex ſcientia vel alio artificio honeſto.
¶ Seruus vel ancila non poteſt facere elemoſynam de rebus dominoꝝ: niſi fuerit eis cōmiſſa adminiſtratio bonorū dn̄orum quia tunc poſſunt facere moderate: ſi ſciant ſe dn̄is nō diſplicituros. Et non ab re ſeruus non poteſt facere elemoſynam: cum nec mulier poſſit: nec filius: niſi modis ſupradictis. ꝙ mulier non poſſit teſtatur Auguſtinus. ad editiam. d. Nihil ergo de tua veſte. nihil de auro. nihil de argento. vel quacunqȝ pecunia. vel de rebus terrenis tuis. ſine arbitrio eius ſcilicet viri facere debuiſti. xxxiij. q. v. c. quod deo pari.

¶ De clericis habentib⁹ beneficia: quoꝝ fructus pꝛeter victū ꝛ veſtitū paupe-
rū ſunt: vt hieronymus dicit ad damaſum. Qm̄ quicquid habēt clerici paupē
rū eſt: ꝛ domus illoꝝ oībus debēt eſſe cōmunes: nimis lōgū eēt dicere quomō
debēt facere elemoſynā. ꝛ quomodo debeant ſuſtentari ſtipēdijs eccl'ie. ꝛ. quō
habentes patrimonia eoꝝ ſtipendijs ſuſtētari debeāt. ideo ſup ſedeo in pꝛeſenti
Sꝫ tu potes videre hoc. xvj. q. j. c. qm̄ quicqd. qđ oꝛiginale eſt hieronymi ad
damaſum vt dixim⁹. vbi hēricus intelligentiā pſati. c. notat. extra. de pꝛebē. c.
epiſcopus. Poteſt videre quis poſſit facere elemoſynā per Hoſtiēſen in ſūma.
de penitē. ꝛ re. §. quib⁹. q̄liter ꝛ aquibus ꝛ in quātū eſt faciēda reſtitutio. ꝛc.
V. quid de facientib⁹ elemoſynā. cū ſequētib⁹. ꝛ ꝯcoꝛdat cū hic dictis. ꝛ Ray.
etiā cōcoꝛdat in ſua ſūma. li. ij. titu. vltimo. de negotijs ſecularib⁹. Et vtrum
de illicite acquiſitis debeat fieri elemoſyna.

¶ **Studeat dare multū:** eſt enim elemoſyna dāda ſcđm facultatē dan-
tis. vnde Thobias. iiij. fili ſi multū tibi fuerit
abundanter tribue. Si autē exiguum: libenter impartiri ſtude.

¶ **Pꝛo velle meretur** quia volūtas pꝛo facto reputat̄. vt notat̄ in gloſa
c. j. extra. de eo qui mittit̄ i poſſeſſio. cā rei ſuā.

¶ **Si vel videat̄ egen⁹.** ille. ſ. cui dāda eſt elemoſyna. vt dn̄s ait luce.
xiiij. cū facis cōuiuiū noli vocare diuites: ſꝫ
voca paupes ꝛ debiles. ꝛ thobias ait in. c. iiij. panē tuū cū eſurietib⁹ ꝛ egētib⁹
comede. ꝛ de veſtimētis tuis nudos tege. grādis. n. culpa eſt: ſi te ſciēte fidelis
egeat. quos enim paſcere homines poteris: ſi nō pauiſti occidiſti. lxxxvj. di. c.
nō ſatis. ꝙ elemoſyna ſit dāda paupibus pꝛobat̄ auctoꝛitate ſaluatoꝛis. luce. j.
cū dicit̄ eſurietes impleuit bonis. Ad idē ambꝛoſi⁹. da paupib⁹ nō locupletib⁹
nō ſupbis ſꝫ humilib⁹. vn̄ abūdāti dare nihil aliud eſt quā pdere. j. q. ij. c. pa-
ſtoꝛ. Elemoſyna. n. diuinit⁹ eſt inſtituta ad pꝛoximi neceſſitatē ſubleuādā. ꝛ in-
telligat̄ per pximū: nō pꝛoximū ſanguinis ppinqtate tm̄: ſꝫ ſocietate rōnis ſcđꝫ
gloſaꝫ ſup illud. Leuitici. xix. ꝛ mathei. xxij. Diliges pximū tuū. In elemoſynis
enim tria ꝯſiderant̄. honeſtū. debitū: ꝛ neceſſariū. Honeſtū: vt pꝛopinquioꝛi ſi
indigeat ſubueniat̄. vn̄ ambꝛoſi⁹ pꝛoximos ſeminis tui ne deſpicias: ſi egere co-
gnoſcas. meli⁹. n. eſt vt ipe ſubuenias tuis quib⁹ pudoꝛ eſt ab alijs ſūptū depo-
ſcere. Debitū eſt: vt ſubueniat̄ benefactoꝛib⁹ ſi egeāt: nō vt opes augeant̄: ſꝫ vt
neceſſitas ſuſtēret̄ ſm̄ hieronymū. Notāter dicit̄: ſi egeant. qm̄ ſcđm eūdē hie-
ronymū Pars ſacrilegij eſt res paupum dare nō paupib⁹. Neceſſariū eſt: vt ele-
moſyna det̄ magis indigēti. ¶ Elemoſyna dāda eſt bonis ꝛ malis capacibus
fruct⁹ ei⁹: vt ſim⁹ imitatoꝛes ei⁹ q ſolē ſuū facit oꝛiri ſup bonos ꝛ malos ꝛ pluit
ſup iuſtos ꝛ iniuſtos. Mathei. v. ꝛ luce. vj. ſcriptū eſt. n. mathei. v. diligite ini-
micos vr̄os: ꝛ benefacite his qui oderūt vos. ꝛ puer. xxv. ſi eſurierit inimicus
tu⁹: ciba illū. ſi ſitit: potū da illi. ¶ Pōt queri vtrū aliquis poſſit ſibi facere ele-
moſynam coꝛpoꝛalē: cū elemoſyna ſit opus mīe. mīa aūt reſpicit alienam miſe-
riam. ꝛc. Rn̄de ꝛ dic ꝙ ex cōſequēti pōt ſibimet cōmodū facere ex elemoſyna:
ſicut cū diſtributoꝛ elemoſynaꝝ facit ſibi cōmodū ex elemoſynaꝝ adminiſtra-
tione ſibi etiam poſſet accipe ſi indigēs fuerit ſicut daret alij indigēti. ¶ Eſt vt
ex dictis patet pꝛeferēd⁹ ipe met dans ſi eſt egen⁹: deinde ſui. deīde noti. demū
boni. deinde extranei. de quo vide textū pulchꝛū. in. c. nō ſatis. lxxxvj. di. ꝛ tex.

tū gloſa.in.c.quieſcamꝰ.xlij.di.q̃ quidē iura intellige ceteris paribꝰ.qꝛ poſſet eē extraneꝰ in tā arta neceſſitate ꝙ deberet ꝑponi noto ⁊ cōiūcto: qui nō eſt in tali. Sꝫ pr̄ malus debet ꝑponi cuicūqꝫ bono in equali neceſſitate ꝓpter ꝑceptū dei. ¶ Religioſi mēdicātes qui ꝑdicant vbū dei ⁊ celebrant quotidie ꝓ bn̄fa‐ctoribꝰ ſuis: oibꝰ ſunt preferēdi: cū cōſtet eos hēre hoc officiū. ⁊ hi dicūt petere quaſi ex debito. qꝛ nō ſolū dant eis tpalia: imo excipiūt ab eis ſpūalia. vn̄ apo‐ſtolus.j.chorinthioꝝ.ix.dicit in ꝑſona taliū. Si ſpūalia vobis ſeminauimꝰ: nō ē mirū ſi tpalia vr̄a metamꝰ. vn̄ hieronymꝰ dicit de ꝑdicatoribꝰ. Aplicis viris ⁊ euāgelizatorībꝰ xp̄i in neceſſarijs vſibꝰ nolle tribuere ſe ipm̄ cōdēnare ē.xvj. q.j.apoſtolicis. ¶ Mendicantibꝰ oibꝰ pro ſuſtētatione ſue vite: vt ſunt q oſtia‐tim mendicāt: dāda eſt elemoſyna: ſi homo pōt. Sꝫ ſi oibꝰ nō pōt dare: poſito ꝙ oēs equaliter indigeāt: dicit ambroſiꝰ.lxxxvj.di.nō ſatis eſt cū ſequētibꝰ nouē eē ꝯſiderāda.ſ.fides.cauſa.locus.tēpus.modꝰ.neceſſitas.ſanguinis ꝓpin‐quitas.etas.debilitas.cōditio ſiue nobilitas.

¶ **Fides.** qꝛ fidelis ꝑferēdus eſt īfideli. ¶ Cauſa. qꝛ ſi duo tenēt capti. vnꝰ ꝓpter culpam ſuam. alius ſine culpa. iſte talis ꝑfertur alij.

¶ **Locus.** quia captꝰ ſiue detētꝰ in carcere eſt preferendus illi qui poteſt li‐bere ire quocūqꝫ vult. ¶ Tēpꝰ. qꝛ ſi vnꝰ eſt in tpe perſecu‐tionis eſt ꝑferendus illi qui nullam perſecutionem patitur.

¶ **Modus** vt nō totū detur vni ne ſimul effundāt opes: ſꝫ diſcrete diſpē‐ſent: niſi forte aliquis ex toto velit relinquere ſeculum.

¶ **Neceſſitas.** vt magis indigēs minꝰ indigēti preferatur. ¶ Sā‐guinis propinquitas. vt ꝓpinquus ꝑferat extraneo.

¶ **Etas.** ita ꝙ ſenes iuuenibꝰ preferēdi ſunt. ¶ Debilitas. vt infirmꝰ preferat ſano: ⁊ debilis forti. ⁊ intellige de debilitate nature vel ſe‐xus. vnde ceteris paribus magis ſubueniēdū eſt mulieribꝰ q̃ꝫ viris ꝓpter fra‐gilitatē ſexus. ⁊ magis fauet monialibus q̃ꝫ monachis. vt notat latiꝰ hēricꝰ. Borth. extra. de teſta. c. tua nobis.iij.di.in fine. ⁊ ꝓbat ꝑ mlta iura. ibi vide.

¶ **Nobilitas ſiue** cōditio. vt nobilis preferat innobili. ⁊ hoc totū intel‐ligendū eſt ceteris paribus. talis.n.cōditio poſſet eſſe ex vna parte qꝛ reformaret pctm̄ in cōtrariū. ¶ Sꝫ pone aliquis habet pr̄em in fidelē elemoſyna indigētē. ⁊ extraneus fidelis indiget equaliter cum pr̄e. ⁊ ta‐lis nō pōt vtriqꝫ ſubuenire: cui ergo ſubueniet. iſta queſtio mouet per.io.xxx. di.c.j. ⁊.lxxxvj.di.c.nō ſatis. ⁊ approbat.j.opīo. ⁊ ibi vide. ⁊.xlij.di.c.quieſca‐mus. Rn̄de ad queſtionē. ꝙ quidā dicūt patrē infidelē ꝑferri extraneo fideli in exhibitione nutrimēti. Sꝫ extraneꝰ fidelis prefert patri infideli in dilectiōe. ar. xxx.di.c.iij. ⁊ fundat iſta opinio ſup illud ꝑceptū. honora pr̄em tuū. ⁊ intelligit ſi equaliter indigeat. Si eni extraneꝰ indigeret ad mortē ⁊ pater nō: tūc extra‐neus ꝑferret patri. Alij dicūt cōtrariū.ſ. ꝙ boni extranei malis ꝓpinquis pre‐ferant. ⁊ in hanc opinionē videt declinare magiſter ſentētiaꝝ in.iij.diſ.xxix. dicit tamen hanc queſtionē eſſe latebroſam: nec a nobis plene abſoluēdā. ideo que opinio ſit melior eccl'ie determinationi relinquo. Dn̄s hoſtienſis tenet pri‐mam opinionē in ſumma de temporibus ordinan. §. ſeptima regula. ℣. Quid ſi pater carnalis. vbi latius videre poteris iſtam queſtionē. ¶ De ordine dili‐gendorum. quid prius quid poſterius. vide.iij.ſn̄iaꝝ.di.xxix. ¶ Et vtrū hō

magis debeat diligere filiũ quã patrẽ. vide.ij.ij.q. xxvj.arti.ix. ¶ Et vtrum magis coniunctis ſit magis benefaciendũ. ⁊ ſi magis filijs quã parentibus. vide.ij.ij.q.xxxj.ar.iij.ad.iiij.argu. ¶ Deputatus executor ad diſtribuendum certa bona pauperibus diſtribuere poteſt inter ſuos cõſanguineos. ſm. panor. in.c.pri.de cohabitatione clericorũ ⁊ mulierꝫ. Nã clericus poteſt in pauperes cõſanguineos de rebꝰ eccl'ie dare: qui eſt diſtributor. vt in.d.c.j.⁊.xvj.q.j.c.ſi. ſic ⁊ prelatꝰ.ar.in.l.Si mandauero.§.ſi tibi cẽtũ.ff.mãdati. Sibi aũt nõ põt diſtribuere. vt in.d.§.ſi tibi cẽtũ. preterq̃ ſi ipſemet egeat ineuitabiliter. ¶ Potenti laborare nõ eſt dãda elemoſyna.ar.lxxxij.di.c.epiſcopꝰ qđ verũ intellige: qñ per laborẽ ſibi põt prouidere: ⁊ ſic limita.l.vnicã.C.de mẽdi.vali. ¶ Peccatoribꝰ dãda ẽ elemoſyna. vt in.c.quieſcamꝰ.xlij.di.⁊.j.q.ij.quã pio.niſi qñ propter ſecuritatẽ cibi negligeret iuſticiã.quia tũc ſubtrahendus eſt.v.q.v. nõ omnis. ¶ Ad faciendũ elemoſynã oĩbus indifferenter qñ poſſumꝰ inducimur exẽplo Abrahe ⁊ Loth. Geneſis.xviij. ⁊ Geñ.xix.qui quia oẽs recipiebãt angelos receperũt. Si enim aliquos expellerent forſam inter illos angelos repuliſſent. Et in hoc caſu ait ioãnes criſoſtomꝰ in ep'la ad hebreos.⁊.xlij.di. quieſcamus. quieſcamꝰ ab hac ſurda ⁊ nefanda ac diabolica curioſitate.ſ.diſcernendi inter pauperes.nõ.n.ex vita illorꝫ quos accipis: vel quibꝰ das mercedẽ tibi retributurꝰ eſt deus. ſed ex volũtate ⁊ honorificentia multa ex miſericordia ⁊ bonitate. ¶ Excõmunicato etiã põt fieri elemoſyna ⁊ cuilibet alij notorio peccatori ſm gregorium.xj.q.iij.qm̃.in fine.⁊ hoc intelligitur niſi ex ſecuritate cibi deteriores fiant. Sꝫ ſi eſuriant ad mortẽ: tũc quãtuncũqꝫ negligerent iuſticiam debent paſci: niſi a iudice fuiſſent dãnati propter ſcelera ſua ad moriendum fame: vt dicitur in manipulo: vbi de elemoſyna. ¶ Utrum elemoſyna cadat ſub precepto? Ricardus in.iiij.di.xv.ar.ij.q.ij. Rñdet ꝙ ſic ſub precepto legis nature.p'me io.iij.qui habuerit ſubſtantiã huius mundi: ⁊ viderit fratrẽ ſuum neceſſitatẽ habere: ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. Cadit etiã ſub precepto legis diuine. Mathei.xxv. eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare. Et legis canonice ſub precepto cadit etiam ieiuniũ. lxxxvj.di.nõ ſatis.⁊.vij.q.j.oẽs. ſed quia preceptũ eſt affirmatiuũ nõ obligat niſi pro loco ⁊ tẽpore. Et ideo cõſideranda eſt facultas habentis: ⁊ inopia indigentis. Si enim homo habet aliquid nõ neceſſarium ſuſtentationi ſue nature: nec illorũ quibꝰ tenet̃ prouidere: ſicut ſunt vxor. filij.ſerui.ancille.pater ⁊ huiuſmõi. ⁊ ſit tanta neceſſitas ꝙ imineãt ſigna probabilia extreme neceſſitatis in paup'e tunc tenet̃ de p̃cepto. Si.n.habet aliquid ſup'fluũ: nõ ſolũ ſuſtentationi nature: ſꝫ etiã ꝯueniẽtie ſui ſtatus. tenet̃ de illo facere elemoſynã: etiam ſi nõ inuenirent̃ tales qui eſſent in neceſſitate predicta. Et ſi plures occurrerẽt quibus oĩbus nõ poſſet ſubuenire: tenetur ceteris paribus illi qui magis indiget. Si vero non habet vltra conuenientiam ſui ſtatus nec eſt qui ſit in extrema neceſſitate: nõ tenetur de precepto. Concordat Tho.xxij.q.xxxij.

¶ Res quã das ſit tua. hoc voluit Thobias.iiij.cũ dixit.honora dñꝫ deũ tuũ de tua ſubſtãtia: ⁊ nõ de aliena.xiiij.q.v.c.niſi res.⁊ idẽ per beatũ augu.⁊ ſic breuiter de male acquiſitis non debet fieri elemoſyna ſm auguſtinũ in libro de verbis dñi.c.ab illo.§.qđ vero.xiiij.q.v. Jlla ſunt male acquiſita q̃ ſunt ei reſtituẽda aquo illicite fuerũt extracta.ſi

cut de rapina. furto. vſura ꝛ huiuſmodi. ꝛ de talibus nõ debet fieri elemoſyna
ſed eſt reſtituendũ ei a quo talia ablata ſunt. vñ leuitici. ij. Ois oblatio q̃ offerẽ
dño abſq3 fermẽto. ſ. inique acquiſitionis erit. Dicitur etiam male acquiſitu3
aliquid quãdo dans ꝛ accipiẽs faciunt ꝯtra diuinã iuſticiam: ſicut in ſymonia
ꝛ tale non eſt reſtituendũ ei qui dedit: nec remanebit apud accipientem: ſed in
elemoſynis debet errogari. c. veniens. extra de ſymonia. Tertio dicitᷣ aliquid
male acquiſitum ſeu illicitũ ratione actus acquirendi nõ rõne acquiſitionis: ſi-
cut in meretricio: cuius actus eſt illicitus: ꝛ a deo prohibitus. tamen illud qđ
datur poteſt meretrix accipere pro locatiõe ſui corporis. ꝛ de eo põt meretrix
facere elemoſynam. Et ſimiliter hyſtriones poſſunt facere elemoſynas de his
que ſibi dantur. q2 nulli competit reſtitutio. xvij. queſ. iiij. c. nõ ſane. q̃uis im-
mane peccatum ſit dare aliquid hyſtrionibus pro hyſtrionatu. lxxxvj. di. capi.
donare ꝛ idem dicendum eſt de cytharistis ꝛ alijs ludentibus ad voluptatem
ꝛ luxuriam. quia deũ manibus ſtimulant qui vocibus populum delectant. xc.
ij. di. c. in ſancta. Tamen ad laudem dei ꝛ ad recreationem infirmi vel aliam
iuſtam cauſam tales ludi poſſunt permitti. de conſe. di. v. c. peruenit. ℣. fina.
Sed meretrix nõ poteſt facere ſacrificiũ ad altare de mercede proſtibuli: tã pro-
pter reuerentiam ſacramenti q̃3 propter ſcandalũ ꝛ deteſtationem peccati: ꝛ vt
propter ruborem ꝛ verecundiã citiꝰ cõuertatur. xc. di. c. oblationes. ꝛ. xvij. q.
iiij. ca. miror. vnde. deutero. xxiij. non offeres mercedem proſtibuli. Illa enim
elemoſyna placet deo que non ex iniquitate ꝛ illicitis congeritur: ſed que de re-
bus conceſſis ꝛ bene acquiſitis impenditur. xiiij. queſtio. v. capi. elemoſyna.
¶ Elemoſyna bona eſt que fit de patrimonio xpi: in quo ſoli clerici habẽt di-
ſpenſationẽ. vnde bernardus facultates eccliaꝝ patrimonia ſunt pauperũ. ꝛ ſe-
quitur. ſacrilega crudelitate ſubripitur quicquid miniſtri vtra victum ꝛ ve-
ſtitum accipiũt. melior eſt q̃ fit de ꝓprio patrimonio. Optima eſt que fit de his
que acquirũtᷣ proprio labore. quia elemoſyna q̃ datur tãto eſt deo gratior quã-
to res q̃ datur eſt charior. ij. regũ. vltimo. vnde numeri. xviij. que offeretis deo
donaria optima et electa erũt. Quõ clerici debeãt diſtribuere redditꝰ eccliẽ. vi-
de in decretis. xij. q. ij. c. quattuor autẽ. ꝛ. c. aurũ habet ecclia. ꝛ. xij. q. ij. glia
epi. q2 in. iiij. partes. Patet iã. de quibus debeat fieri elemoſyna. q2 de omni
re ꝓpria ꝛ q̃ nõ ẽ obligata reſtitutioni alicui certe perſone ſiue licite ſit acq̃ſita
ſiue turpiter. vt colligitᷣ. j. q. j. in. c. nõ eſt putanda. ꝛ. xiiij. q. v. ꝛ per theologos
in. iiij. di. xv. ꝛ per iura ſupra allegata. Quãdo autẽ ſit reſtitutioni obligata. vi-
de in Antonina. c. de reſtitutionibus. ꝛ in angelica. vbi de reſtitutione. ꝛ vbi
de vſura. Limita etiã in rebꝰ ꝓprijs ſm̃ Ricar. vbi ſupra. q. v. dũmodo nõ ſint
neceſſaria ad ſuſtentationẽ nature ſue ꝛ ſuoꝝ. q2 ordine charitatis magis deb3
ſe diligere q̃3 aliũ: niſi eẽt talis pſona de cuiꝰ morte imineret notabile nocumẽ-
tũ rei. p. ꝛ profectui animaꝝ: q2 tũc eẽt pfectionis nõ neceſſitatis de tali dare
elemoſynam. ¶ Utrũ qs poſſit furari vt faciat elemoſynã. R. ꝙ nõ. quia non
ſunt faciẽda mala teſte aplo: vt veniãt bona. ꝛ. xiiij. q. v. c. forte.

¶ Chriſtus ſit tibi cauſa. danda igitur eſt principaliter elemoſyna a-
more dei. iuxta illud Mathei. c. v. cum fa-
cis elemoſynam noli tuba canere: ſ3 ſit elemoſyna tua in abſcõdito: ꝛ pater tu-
us qui videt in abſcondito reddet tibi. A deo enim debet expectari retribu-

tio nō ab hoīe luce.iiij. Cum facis conuiuiū voca pauperes ⁊ debiles claudos ⁊ cecos: ⁊ btūs eris. qꝛ nō habēt vnde retribuere tibi. retribuet aūt tibi in reſurrectiōe iuſtoꝝ. dāda ē igit elemoſyna propter deū nō propter vanā gliam. qꝛ ſi propter vanā gliam dat. amē dico vobis dicit dñs. ꝙ iam receperūt mercedē ſuam. ⁊ vētum fauoris trāſitorij querūt qui taliter faciūt: teſte Gregorio: et celū m deſierūt mereri. Perdūt quidē illi qui propter vanam gloriam dāt elemoſynā: rem ⁊ meritum rei. xxxiij. q. vj. §. ex his omnibus.

¶ **Da bona dum tua ſunt.** ſ. quādo es ſanus et viuis. ut ante te portes bonoꝝ operuꝫ candelā: ne cadas in lutum vel foueā. quoniā candela que fertur alicui poſt tergū non cuſtodit hominem quin cadat in foueam inferni. Adiuuat tamen exiſtētes in purgatorio. ꝙ elemoſyna debeat fieri in vita. apparet. eccle. xiiij. fili ſi habes: bene fac tecum: ⁊ deo dignas offer oblationes. ⁊ memor eſto qm̄ mors non tardabit. ante mortem bene fac. Et ante obitum tuum operare iuſticiam.

¶ **Fiat elemoſyna** animo volūtario. modꝰ faciēdi elemoſynā oñditur hic. qꝛ ut dicit philoſophꝰ i ethicis. modꝰ iponit ſpeciē actui. qd̄ itelligo de ſpecie moris. nō. n. ſufficit facere bonū: niſi bñ fiat. vñ pcepit dñs moyſi. deutero. xvj. iuſte qd̄ iuſtū ē exeq̄ris. Jō ad hoc ꝙ elemoſyna ſit meritoria: requiritur ꝙ debito modo fiat. qꝛ deus nō ē remunerator nominū ſꝫ aduerbioꝝ. glo. in. c. j. de colluſione. fiat igitur in primis elemoſyna.

¶ **Animo voluntario.** qm̄ deus plus reſpicit ad animū ꝙ̄ ad donum. prouerbioꝝ. xvij. ſpūum ponderator eſt deus. vnde ſuper illud. Mathei. xxv. quod feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis dicit gloſa. deum ad affectū mētis magis reſpicere ꝙ̄ ad qualitatē rei exhibite.

¶ **Et cū ſermonis dulcedine** Eccliaſtici. iiij. declina pauperi ſine triſtitia aurē tuam. ⁊ reſpōde ei in pacificā māſuetudine. Sicut enī multi. qui mox ab egenis fratribꝰ fuerint neceſſaria poſtulata prius in eos cōtumelioſa verba iaculant q̄ ſi rebus miniſteria pietatis perficiant verbis tamen cōtumelioſis erogati grām perdunt. vnde Jſaie lviij. Cum videris nudum operi eū: ⁊ ne deſpexeris carnem tuam.

¶ **Et ſecrete.** ⁊ nō ad vanā gloriam. Mathei. v. cū facis elemoſynam: noli tuba canere ante te ſicut faciunt ypocrite in ſinagogis ⁊ in vicis: ut videant ab hominibꝰ. Amē dico tibi receperūt mercedē ſuam: te aūt facienti elemoſynā neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera: ut ſit elemoſyna tua in abſcondito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. Et eccleſiaſtici xxix. Conclude elemoſynam in ſinu pauperis: ⁊ hec orabit pro te.

¶ **Atqꝫ cum vultus hilaritate.** ſic teſtat Apoſtolus. ij. Corinthioꝝ ix. qui tribuit in ſimplicitate nō ex triſtitia aut neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus.

¶ **Et feſtinanter.** proberbiorū. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi cū ſtatimꝰ poſſis dare. ⁊ eccliaſtici. iii. Cor inopis ne affligeris ⁊ ne tardes datum anguſtiāti. qui. n. cito dat bis dat. Hinc collige ꝙ̄ male ſit ab ijs qui mercedē retinēt mercēnarijs ⁊ ſeruis. quia nec vſqꝫ ad mane retinēda ē merces. ut habet. Leuitici in. c. xix. Jdeo ve illis qui nunꝙ̄ ſeruitoribus ſatiſfaciunt ⁊ mercennarijs.

¶ **Et in charitate** fiat elemoſyna vt. ſ. ſit meritoria ⁊ fructuoſa ad vitã
eternã. vñ magiſter in. iiij. ſententiaꝝ. di. xv. nõ enim
ſe fallat qui per elemoſynas largiſſimas fructus ſuoꝝ vel pecunie impunitatẽ
ſe emere eſtimãt in peccatis permanẽtes que ita diligũt vt in eis optent verſari.
ad quos ſaluator nr̃. Mat. xxiij. mũda prꝰ qđ intꝰ eſt: vt fiat et illud qđ deforis
eſt mũdũ. nã i imũdis nihil ẽ mũdũ: ſ3 polluta ẽ eoꝝ mẽs et ꝯſciẽtia. vñ beatꝰ
paulꝰ. Jmmũdi ſũt oẽs quos nõ mũdat fides operãs p dilectionẽ: qua credit̃ i
xp̃m. de q̃ ſcriptũ ẽ. actuũ. xv. purificãs fide corda eoꝝ Ex his ſatis apparet ꝙ i
pctõ mortali pmanẽtes ſi elemoſynas largas faciãt: nõ tñ p eas ſatiſfaciũt. q2 i
ordinate agũt dũ a ſe nõ incipiũt. eccl̃. xxx. miſerere aĩe tue placẽs deo Et augꝰ.
in encheridion. qui vult elemoſynã ordinate dare a ſe ipo debet incipere. Non
enim ille eſt vere miſericors qui aĩe ſue infirmãtis ad mortẽ nõ miſeret̃: cũ ma-
gis eã diligere debeat q̃3 matrẽ. vñ catho. ſemp tibi proximꝰ eſto. ⁊ de iſta ma-
teria ſatis habetur. xv. di. iiij. ſniaꝝ. per magiſtruz ⁊ doctores. ſine charitate.
enim nihil viuit vita grẽ: ſ3 oĩa ſunt mortua oĩa arida. j. iohãnis. iij. qui nõ di
ligit manet in morte. ⁊. j. ad corinthios. xiij. ſi dedero oẽs facultates meas i ci-
bos pauperũ: ⁊ corpus meũ ita vt ardeã: charitatẽ aũt nõ habeam: nihil mihi
prodeſt: ſaltẽ quo ad vitã eternã: bene tñ ad alia que ſup̃ diximꝰ valere bona q̃
fiũt in mortali. Jtem opera ſi debeant eſſe fructuoſa: debẽt procedere ex chari-
tate. hoc eſt dicere ꝙ fiant intentione charitatiua.

¶ **Ad multa valet** elemoſyna: hec eſt vltima pars huius. c. in qua decla
rant̃ vtilitates quas elemoſyna operatur. Prima eſt:
ꝙ facientẽ xp̃o recõciliat. q2 pñiam homini impetrat. glo. ſuper. c. iiij. j. epiſto-
le ad thimoteũ. Si quis miſericordiã ſequitur: ſi ludibriũ carnis patiatur: va-
pulabit: ſed nõ peribit. hoc tñ nõ eſt intelligendũ de illo qui ſemp fiduciã po-
nens in elemoſynis quas facit peccat. Jtẽ prouerbioꝝ. xxj. munꝰ abſcõditũ ex-
tinguit iras ⁊ donũ in ſinu indignationẽ maximam.

¶ **Federa firmat.** vnde prouerbiorũ. xxj. facere miſericordiam ⁊ iudi-
cium magis placent deo q̃3 victime.

¶ **Crimina mortificat.** ⁊ peccatis etiã reſiſtit. eccle. iij. ignẽ ardentem
extinguit aqua ⁊ elemoſyna reſiſtit peccatis.

¶ **Penã redimit** ⁊ relaxat: patet quia eſt vnum opus ſatiſfactoriũ. vnde
Danielis. iiij. elemoſynis peccata tua redime: ⁊ iniqui
tates tuas miſericordijs pauperũ forſitã ignoſcat deus delictis tuis.

¶ **Gratos ꝯſeruat.** ſ. factores elemoſynaꝝ creatori. eccle. xxix. elemoſy-
na gratiam eius quaſi pupillam conſeruabit.

¶ **Dantes a crimine** ſeruat: ⁊ a morte. vnde Thobie. iiij. premiũ bonũ
theſaurizaſti tibi in die neceſſitatis. qm̃ elemoſy-
na ab omni pctõ ⁊ a morte liberat. nec patietur aĩam ire in tenebras.

**Oĩa multiplicat bona.** ſ. temporalia. vnde gregorius in dialogo. Ter-
re ſubſtantie per hoc quod pauperibus diſtribu
untur multiplicantur. De hoc habetur exemplũ de Bonifacio qui cũ eſſet pu-
er triticum matris ſue expendit in vſus pauperũ: ⁊ cũ mater horreũ ingreſſa vi
diſſet triticũ ſuũ cõſumptũ: incepit filiũ ſuũ Bonifaciũ increpare ⁊ cedere in
faciem eo ꝙ ſic diſtribuiſſet bona ſua. ſed oratione facta a Bonifacio: ſtatim

horreum inuentū eſt plenum ergo date iuxta preceptū altiſſimi ⁊ dabitur vo-
bis ⁊ ſpūaliter ⁊ tēporaliter. luce. vj. fiducia. n. magna corā ſūmo deo erit elemoſyna omnibus facientibus eam Thobie. iiij.

¶ Pro donātibus orat. Eccle. xxix. cōclude elemoſynam in ſinu pauperis: ⁊ hec orabit pro te.

¶ Demonis fraudes expugnat: vnde auguſtin⁹ mur⁹ inexpugnabilis circa animā eſt elemoſyna.

¶ Prodeſt defunctis. ⁊c̄. ſaltem exiſtentibus in purgatorio: vt tenet vniuerſalis ecclia: vñ beatus auguſtinus in xlv. di. iiij. ſententiarum. neq₃ negandū eſt defunctorum animas pietate ſuorū viuentiū releuari: cum pro illis ſacrificium mediatori offertur: ⁊ elemoſyne fiunt in eccleſia. ⁊ magiſter ea. di. dicit. orationibus ſancte eccleſie ⁊ ſacrificio ſalutari ⁊ elemoſynis: que pro eorū ſpiritibus offeruntur non eſt dubium mortuos adiuuari. hoc idem Alexander de alis in vltimo libro. Uide etiam omnes doctores pluribus in locis. ⁊ in. c. anime defunctorum. xiij. q. ij.

¶ Jam vt claudamus nr̄m epythoma cū gloſemmatis. Attende ꝙ elemoſyna eſt danda ſcd̄m poſſibilitatem et qualitatē diuitiarū Thobie. iiij. ſi multū tibi fuerit: abundanter tribue: ſi exiguū: etiā exiguū libenter īpartiri ſtude. vt centuplū accipiamus: ⁊ vitā eternā elemoſynā facientes poſſideamus Mathei. xix. ad quā nos perducat ipſe omnipotēs dei filius qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. amen.

¶ Explicit epythoma ſiue tractatus de ſacramētis: ex multis catholicis doctoribus diſcerptus ⁊ extractus ad nouellorū clericorū inſtructionē correptioni ſancte matris eccleſie ſuppoſitus ⁊ ſubiectus. cū tractatu de orōne. ieiunio ⁊ elemoſyna.

Deo gratias.

# ¶ Prolog⁹ in libellum de doctrina chriſtiana.

Fideles ſūt per btm̄ Petrū apl'm in .j. ſua canonica ad moniti: vt parati exiſtāt oī poſcenti ſatiſfacere de ea q̄ in eis eſt fide ⁊ ſpe: qđ tm̄ potiſſime obligat ſacerdotes. quos ꝑ ꝓphetā malachiā interrogat de⁹ legem. in tm̄: vt teſte btō Hieronymo. Officiū ſit ſacerdotis interrogāti rn̄dere đ lege: q̄ vt Augu. ait in fide ꝯſiſtit ⁊ morib⁹. Jđ (vt ſacerdotes breuiſſime hēant articulos fidei et vij. ſacr'a. et v̄tutes ceteraq3 alia neceſſaria digeſta ⁊ cōſcripta ad inſtruendū̄ fideles q̄bus ī dirigēdo aīas p̄ſunt: vtq3 facillime ad īterrogata queāt ī examīe rn̄dere tā añ ordinū ſuſceptiōe3 quā poſtea cū a ſuis p̄latis ⁊ viſitatorib⁹ req̄runt: de oībus q̄ vt plurimū īterrogari ſolēt) decreui ego Alfōſus camera l3 imperit⁹ ⁊ parui ingenij fiduciā hēns ī dn̄o a quo eſt oē datū optimū ⁊ oē donū perfectū: q̄ gr̄a3 ſuā dat oībus affluēter diuidēs ſingula ꝑut vult: nō ex preſumptiōe aut ꝯſequēde laudis auiditate: ſed zelo ſalutis fraterne ſuccēſus eiuſcemōi in re ꝑutilē cōpilare tractatū breuiorē ſupiore. Qua in re ꝯſiderat⁹ ſu3 volentē breuit' inſtrui ī ſacr'is: in hoc magis ſuccincto libello ſui voti poſſe cōpotē fieri. cupiētē aūt ꝓfūdi⁹ magiſ-rc ad vnguē ī ijs q̄ ad clericoꝝ attinēt officiū erudiri: latio

¶ In p̄ma ſua canonica. iij. c. ſ'a ſe. q. x. ar. vij. ⁊. q. iij. ar. x.

¶ Mala- chiam. c. ij.

¶ Officiu3. ſacerdotis. Sacerdos rn̄debit đ lege. et regimē aīarum nō negliget. Cū ars artium ſit regimen aīarum. extra de eta. ⁊ quali. cum ſit. Et inter hūana exercitia tāto ſit ꝑiculoſi⁹: ſi eos male fungat': q̄to aīe p̄cioſiores ſūt oībus rebus ⁊ corporib⁹ xxj. q. ij. precipimus. xxiiij. q. iij ſi hēs. ⁊ de pe. et re. cū infirmitas Profecto cōſtat q̄nta diligētia ⁊ maturitate: q̄ta ue intelligētia et diſcretione et ſcientia opus ſit ſacerdoti: cui commiſſa ē cura aīarum ⁊ audientia confeſſionum.

rez ſuperiorē ve cōpilationē ⁊ eiꝰ gloſemata oculis ⁊ mēte debere ꝑcurrere. vt ſic q̄libet qd̄ deſiderat carpēs: deo ſit laus et gloria in ſcl'a ſeculoꝝ Amen. cui labores meos oīs et eccl'ie ſue ſcē Romane ſubmitto: ⁊ patribꝰ et dn̄is p̄fatis humilit̄ offero et dico. qui feliciter valeāt in chriſto: ⁊ ſuū illeſōſum amore ſolito proſequātur.

## ¶ Capitulum. j.

¶ Quō homo ſe ſignabit crucis ſigno. ⁊ q̄d ſibi velit hoc nomē chriſtianꝰ: ⁊ vnde deriuetur ⁊ vbi ſit primo nominatum.

Crux q̄ſi regale vexillū ⁊ triumphale eſt. iuxta illud. vexilla regis ꝓdeūt. hoc ſigno demones victi ſunt: ⁊ eo viſo fugiunt ⁊ timent. Arma igit̄ xp̄iani ↄtra hoſtē antiquū ſignū crucis eſt: cuiꝰ myſteriū eſt nr̄m ſignū ⁊ vexillū. Vn̄ eſayas. xj. Stat in ſignum ꝑploꝝ: ipſuz gētes deprecabunt̄: ⁊ erit ſepulchrū eiꝰ glorioſū. Premittit̄ in ꝓceſſionibꝰ ⁊ in quibuſdā locis tēpeſtatibꝰ aeris opponit̄: vt demones fugiāt ⁊ ab aeris ↄcitatiōe deſiſtant. Premittit̄ igit̄ in oibus crucis vexillū. q2 ſicut ait ap̄l'us ad galathas. vj. Abſit nobis gloriari niſi i cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. ⁊c̄. In p̄ncipio euāgelij ſignamꝰ frontē os pariter ⁊ pectꝰ ſeu corne diabolꝰ q̄ bonis operibus inſidiat̄ tollat per erubeſcentiā deuotionem de corde vel ſermonē de ore: ac ſi dicat ſacerdos ⁊ nos cū eo. Ego xp̄i crucē nō eru-

¶ Crux ē q̄i regale vexillū. vide de hoc in Rōnali. ꝑte. iiij. de acceſſu ſacerdotis ad altare.

¶ Fugiūt ⁊ timēt. q2 fugiūt timētes baculuz quo plagā acceperūt. hoc ſigno crucis. Oia criſmata. i. ſacramēta que cum chriſmate fiūt. ſigno crucis perficiuntur. chriſoſtomꝰ de cō. di. v. nunquid non oia.

¶ In principio euangelij. ut notat̄ in Rōnali. ꝑte. iiij. R̄ca de euāgelio.

beſco:ſʒ eā oꝛe ꝑdico ꝛ corde credo:qꝛ corde
creditꝛ ad iuſticiā oꝛe aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē
Crux dñi multiplicit ꝑfigurata fuit in vete-
ri teſtamēto.legitꝛ moyſes. Numeri.xxj.ene
um ſerpentē erexiſſe in palo in deſerto:queʒ
oēs aſpiciētes ꝑcuſſi a ſpētibꝰ ſanabantꝛ.qđ
dñs i euāgelio exponēs dixit.Sicut moyſes
exaltauit ſerpētē in deſerto:ita exaltari opoꝛ-
tet filiū hoīs.ꝛc.Legitꝛ etiā ꝙ cū ioſeph ap
plicuiſſet manaſen ꝛ effraī ad iacob ſtatuēs
maioꝛē ad dexterā ꝛ minoꝛē ad ſiniſtram: ut
eis ſcđm oꝛdinē bñdiceret. Jacob manꝰ cō-
mutās.i.in modū crucis cancellās dexteraʒ
poſuit ſup caput effraim iunioꝛis.Siniſtraʒ
aūt ſup caput manaſſe maioꝛis:ꝛ dixit.De-
us in cuiꝰ ꝯſpectu ambulauerūt patres mei
ꝛc.Bñdicat pueris iſtis ꝛc. Jtē moyſes ait
Die ac nocte erit vita nr̄a pendēs:ꝛ videbi
tis ꝛ cognoſcetis.xp̄s enī nocte fuit in cruce
pendens:qꝛ tenebꝛe facte ſunt ab hoꝛa ſexta
vſqʒ ad nonā.Quod etiā fuerit pendens cer
tuʒ eſt.Rurſus ezechielis.ix. Ezechiel audi
uit dñm dicentē ad viꝝ veſtitū lineis haben
tem attramentū ſcriptoꝛis ad renes.Tranſi
per mediā ciuitatē:ꝛ ſigna Thau in frōtibꝰ
viroꝝ dolentiū ꝛ gementiuʒ.Poſt hec dixit
vij.viris. Tranſite ꝑ mediā ciuitatē ꝛ ꝑcuti
te oēm ſup quē nō videbitis Thau. nemini
parcet oculꝰ veſter.Jtē hieremie.Cōgrega
bo oēs gētes:ꝛ erit eis ī ſignū thau. Jtē ali-
bi.ꝛ erit ꝑncipatꝰ eius ſup humerū eiꝰ.xp̄s
enī poꝛtauit ſup humerū crucē in q̄ triūpha

¶ Ad ſalutem. verba ſunt Pauli apoſtoli. ad roma.x.

¶ Crux domini. vide ꝺ hoc in rationali. parte.v.vbi de officio agitur.

¶ Eneum ſerpētē. Numeri.xxj.de quo vide Sapiētie. xvj vide etiā Joan. iij.Serpētē iſtuʒ Ezechias rex iuda cōfregit qꝛ adoꝛari cepit a populo.ut habetur iiij.Regū.xviij. Et in decretis. lxiij.di.§. veruʒ qꝛ. Et per Aug. de ci.dei. li.x.c.viij.in.fine.

¶ Manꝰ cōmutās. Geneſis xlviij.ꝛ.xj.di.c. eccleſiaſticarum in glo.

¶ Jtē moyſes ait.

¶ Quoad-
vſqȝ tenet̄ indiffi
nite. ſicut dicit̄.
iſte non penituit
quo aduſqȝ vixit
ideſt nunqȝ peni
tuit. vide latius
Ny. de lyra apo
calypſis. c. vij.

¶ Aquas
Marath. exodi
c. xv. vbi legit̄ ꝙ
cū popul⁹ iſrael
poſtqȝ d̄ mari ru
bro exierunt ⁊ e-
greſſi ſunt in de-
ſertū: ambulaue
rūt trib⁹ diebus
per ſolitudinē: ⁊
nō inueniebant
aquā. ⁊ venerūt
in marath: et nō
potuerūt bibere
aquas de Ma-
rath: eo ꝙ eſſent
amare. vn̄ Ma-
rath. i. amaritu
do interp̄tatur.
Et murmurauit
ꝯtra moyſen po
pulus. ipſe moy-
ſes clamans ad
dn̄m lignū ſibi
oſtſū miſit ī aq̄s:
et ſic in dulcedi-
nē verſe ſunt.

¶ Et alibi.
Uidi ciuitatem.
Apocalyp. xxj.

¶ De pro-
fundo. vbi tra-
ctat̄ de ꝓfundo
crucis myſterio.

uit. Joãnes quoqȝ vidit angelū aſcendentē
ab ortu ſolis habentē ſignū dei viui: ⁊ clama
bat voce magna q̄ttuor angelis q̄bus datū ē
nocere terre ⁊ mari dicēs. Nolite nocere ter
re ⁊ mari neqȝ arboribus quoaduſqȝ ſigne-
mus ſeruos dei in frontib⁹ eoꝝ. Item lignū
miſſuȝ in marath aq̄s dulcorauit amaras: ⁊
ad lignū miſſū in iordanē: ferrū qd̄ inciderat
enatauit: hoc eſt lignū vite ī medio paradyſi
de quo ſapiēs ꝓteſtatur. Benedictū lignū ꝑ
qd̄ fit iuſticia. qm̄ regnauit in ligno de⁹. Hoc
ergo ſigno crucis ſe armat eccl̄ia in pectore
et ī frōte ſignificās crucis myſteriū eē corde
credēdū: ⁊ manifeſte ore ꝯfitendū. Per hoc
enī ſignū ꝯfundit̄ ciuitas diaboli: ⁊ triūphat
eccl̄ia terribil̄r. vt caſtroꝝ acies ordinata. iux
ta illud. Terribilis ē locus iſte. Et alibi. vidi
ciuitatē magnā ſanctā hierl̄m nouā. ⁊c̄. Au-
guſti. tn̄ dicit. xj. di. eccl̄iaſticaꝝ. ꝙ nulla ſcrip
tura noui teſtamēti vel veteris docet fideles
crucis ſignaculo inſigniri. De ꝓfundo cru-
cis myſterio agit̄ in rōnali. p̄te. vj. ſub titulo
de paraſceue. ¶ Jam vt accedam⁹ ad ꝓmiſ
ſa attendam⁹: ꝙ in oīb⁹ agēdis in noīe dn̄i in
choandū eſt a nobis crucis ſigno nos ſignan
tib⁹. Dicēdo per ſignum crucis de inimicis
nr̄is libera nos dn̄e de⁹ nr̄. In noīe pr̄is ⁊ fi
lij ⁊ ſpūs ſcti amen. Signabit ergo ſe ſic ho-
mo manu dextera collectis duob⁹ digitis ſcȝ
auriculari ⁊ medico: ⁊ erectis pollice ac in-
dice ⁊ medio ſiue maiori. ponendo manū ſuꝑ
caput dicēs. In noīe pr̄is. deinde deſcēdens

vſq3 ad pectora: dicat. ⁊ filij. Poſt hec po-
nens manū ad humerū ſiniſtrū: dicat. ⁊ ſpūs
⁊ reuertēs cū manu ad humer⁊ dextrū dicet.
ſcti amē. Et ſic coīter obſeruat ⁊ tenet. Qui
dicūt ſignū crucis a ſiniſtra eſſe pducendū i
dexterā fulti ſunt auctoritate illa. Egreſſus
ei⁹ a pr̄e. excurſus vſq3 ad inferos. recurſus
ad ſedē dei. Incipiūt enī ſe ſignare a pte ſu-
periori: q̄ patrē ſignificat: ⁊ deſcendūt ad in-
feriorē: q̄ mundū deſignat. Deinde a ſiniſtra
parte. q̄ infernū: pducunt ad dexterā q̄ celu3
ſignificat. Nā xp̄s deſcēdit de celo in mūdū
de mūdo ad infernū. ab inferno aſcēdit in ce-
lu3: vbi ſedet ad dexterā dei pr̄is. Intelligi-
mus itaq3. p illud. egreſſus. In noīe. p. Et p
illud. excurſus. intelligim⁹ partē ſiniſtrā. Et
p illud. Recurſus. intelligim⁹ dextera3. De
modo ſignādi ⁊ ei⁹ ſignificatiōe: vide lōgius
in Rōnali pte. v. vbi de officio agit. Et. ḋ cō.
di. v. c. ij. q̄d in glo. ¶ Chriſtian⁹ a xp̄o dicit.
Chriſt⁹ ꝟo a chriſmate. ¶ Nomē xp̄ianorū
pmu3 in Anthiochia inuentū eſt: cū bti apl'i
Petr⁹ ⁊ Paul⁹ in vrbē illam venerūt: teſte
Anacleto papa. xxij. di. c. Sacroſctā. Antea
n. oēs vocabant diſcipuli vl' frēs. S3 poſtq̄
Apl'i in Anthiochia ɔciliū fecerūt: xp̄iani di
cuntur. xj. q. iij. ad menſa3. Et xp̄iani ortho-
dorij dicunt. i. recte gloriātes: ⁊ vt credūt vi
uentes. Nā orthos grece dicit recte latine:
et dora glia. Dicit ergo xp̄s a chriſmate q̄ſi
vnct⁹. Ipſe aūt vnct⁹ eſt eternal'r a deo p̄ cō-
ſortib⁹ ſuis: put in actib⁹ legit aplo⁊: ⁊ hoc

¶ In noīe dn̄i. ut patet. j. corinth. v. et. ix. et. xxvij. q. vlti. nō obſeruetis.

¶ Signabit ergo ſe ſic. vide de hoc Rōnali. parte. v. vbi ḋ officio.

¶ Erectis pollice et c. bene cū trib⁹ digitis. q2 ſub inuocatione trinitatis impmit ſignū crucis.

¶ Chriſtiani dicunt a xp̄o.

¶ Chriſtus a chrimate. vide lōgi⁹ de hoc i rōna. li. ij. ſeu pte. i pn. ⁊ in eodē. rōnali. pte. j. ſub titu. ḋ ɔſecratiōe.

¶ In antiochia. actuu3. xj. circa finem.

¶ Chriſtiani dicunt. Quare dicimur xp̄iani et non ieſuani xxij. di. c. ſacroſctā per Archi. et de imu. eccle. c. decet. li. vj.

¶ Cōſortibus ps. xliiij. et actuum. xiiij.

nomẽ eſt oleũ effuſuȝ. hinc eſt ꝙ in veteri teſtamẽto ſacerdotes ⁊ reges xp̃i nũcupabant̃ q: vncti erãt vnctiõe tp̃ali. iuxta illud. Noli te tãgere xp̃os meos. hoc aũt nomẽ xp̃s nõ ẽ ꝓpriũ ſaluatoris ſȝ ẽ cõis nũcupatio p̃tãtis. eſt eñi cõmune nomẽ dignitatis. Sȝ hoc nomen. ieſus ꝓpriũ ẽ vocabulũ pſone ſaluatoris quo ab angelo Gabriele in ↄceptione vocatus eſt: euãgeliſta teſtãte: Uocabis inquit nomẽ ei⁹ ieſuȝ: ⁊ ab hoĩbus in circũciſiõe. de hoc noĩe ieſus: ⁊ alijs noĩbus xp̃i vide in Rõnali. parte p̃ma. Paulo poſt p̃ncipium.

## ¶ Capitulum. ij.

¶ De articulis fidei. ⁊ p̃mo de. vij. articulis ſpectantib⁹ ad diuinitatẽ. Deinde de. vij. articulis pertinentibus ad humanitatẽ.

